PROFESSIONALE
Legatoria
Parma

Brunet. IV, 541 (1100)

[illegible]

POETRIARVM OCTO

Erinnae, Myrus, Myrtidis, Corinnae, Teleſillae, Praxillae, Noſſidis, Anytae,

FRAGMENTA ET ELOGIA

GRAECE ET LATINE

CVM VIRORVM DOCTORVM NOTIS

ACCEDIT

GOTTFRIDI OLEARII

DISSERTATIO

DE POETRIIS GRAECIS

AVCTORVM VETERVM TESTIMONIIS ET SVPPLEMENTIS VARIIS AVCTA

CVRA ET STVDIO

IO. CHRISTIANI WOLFII

IN GYMNASIO HAMBVRGENSI PROFESSORIS PVBLICI

Qui Notas & Indices adjecit.

HAMBVRGI

Apud ABRAHAMVM VANDENHOECK.

MDCCXXXIV

PA
3149
O54
1734

LIBRARY
FEB 4 1964
UNIVERSITY OF TORONTO

879680

VIRO

AMPLISSIMO DOCTISSIMO CELEBERRIMOQVE

IOANNI GRAMMIO

POTENTISSIMO DANORVM NORVAGORVMQVE

REGI

A CONSILIIS IVSTITIAE

TABVLIS PVBLICIS

BIBLIOTHECA

ET

COMMENTARIIS HISTORICIS

ADSESSORI ITEM SENATVS SANCTIORIS

ET

GRAECAE LINGVAE PROFESSORI PVBLICO

NON MINVS MVNERVM AMPLITVDINE

ET VARIETATE

QVAM

PROBATA IN IISDEM

ADMINISTRANDIS FIDE

DEXTERITATE ET PRVDENTIA

ILLVSTRI

FAMAM IMMORTALEM
QVAM SIBI EGREGIIS INGENII
DOCTRINAEQVE MONVMENTIS
ANIMI CANDORE
ET
INDEFESSO LITTERAS ORNANDI
LITTERATORVMQVE CONATVS
PROVEHENDI STVDIO
IAMPRIDEM PEPERIT
GRATVLATVS
HAS VETERIS GRAECIAE QVAM IN
DELICIIS HABET CVRISQVE SVIS
PRAECLARE ILLVSTRAT
RELIQVIAS
SACRAS ESSE CVPIT
ET
PRAETER VALETVDINEM SECVNDAM
PROSPEROS CONSILIORVM SVCCESSVS
OMNEQVE FELICITATIS GENVS
EX ANIMO
PRECATVR

IO. CHRISTIANVS WOLFIVS.

LECTORI BENEVOLO

S.

MEminiſti fortaſſe, me in præfatione ad SAPPHVS carmina, nuper admodum edita, reliquarum Græciæ Poëtriarum fragmenta, quae FULVII VRSINI induſtriæ debemus, recognita promiſiſſe. Jam præſto illa, quæ ſum pollicitus; eorundem, quos olim laudavi, præclariſſimorum Virorum benevolentia adjutus, nec parum favore, quo SAP-

 PHO

PHO excepta eſt, ad pertexendam hanc telam excitatus. De ratione, qua uſus ſum, nihil eſt, quod dicam. Monuiſſe ſuffecerit, eandem eſſe, quam in *Sapphicis* illis commendatam mihi habui. Nec illud puto prætermittendum ſilentio, quod *Thomas Thomajus Vargas*, Hiſpanus, in notis ſuis ad *Garcilaſſi de la Vega*, Poetæ Hiſpani, carmina Madriti 1622. 16. editis, latinam ſuam novem Poetriarum Græcarum verſionem notulis illuſtratam pag. 27. commemorat. Sic & *Nic. Antonius* in Bibliotheca Hiſpanica Nova Tom. II. p. 253. auctor eſt, *Vargam* ad collectionem hanc edendam privilegio Regio jam inde ab an. 1621. munitum fuiſſe Inſcriptio haec erat futura: *Novem Muſarum Chorus, ſive novem illuſtrium e Graecis fœminarum fragmenta, denuo recenſita, verſa*

verſa & notulis illuſtrata. Quemadmodum itaque dubitari non poteſt, opus ipſum prelo paratum fuiſſe; ita liquet, lucem nunquam vidiſſe, cum *Antonius* illud An. 1672. poſtquam *Vargas* an. 1641. fatis functus erat, tanquam ἀνέκδοτον adferat. Quam ſubjunctam his Fragmentis vides diſſertationem GOTTFRIDI OLEARII, τοῦ μακαρίτου, Theologi quondam & Philologi præſtantiſſimi de Poetriis Græcis diſſertationem, Lipſiae An. MDCCIIX. editam, eam vel ideo in lucem revocandam eſſe exiſtimavi, quod plenior de illis commentatio nec exſtat, nec fortaſſe exſpectari poteſt. Eam vero notulis meis inſtruxi, in quibus & veterum locos, ad quos provocat ὁ μακαρίτης, attuli, & illa, quae eundem, quod fieri in his ſolet, fugerant, ſupplevi. In eo cum maxime ſum, ut

Fragmenta

P R Æ F A T I O.

Fragmenta Mulierum Graecarum proſaica, quae in veterum monumentis diſperſa vagantur, colligam. Ea, ſi Numen O. M. valetudinem ſecundam mihi largiatur, in lucem proferam. Ita vale, LECTOR, & conatibus meis fave.

ΟΚΤΩ

Ο Κ Τ Ω
ΠΟΙΗΤΡΙΩΝ
Μ Ε Λ Η.

O C T O
POETRIARUM
C A R M I N A.

ΗΡΙΝΝΗΣ ΤΗΣ ΛΕΣΒΙΑΣ

ΜΕΛΗ.

I.

Εἰς Ἤρινναν,

Ἀντιπάτρου. (1)

Παυροεπὴς (2) Ἤριννα, καὶ οὐ πολύμυθος (3) ἀοιδαῖς,
    Ἀλλ᾽ ἔλαχεν Μούσας τοῦτο τὸ βαιὸν ἔπος.
Τοιγάρτοι μνήμης οὐκ ἤμβροτεν, (4) οὐδὲ μελαίνης
    Νυκτὸς ὑπὸ σκιερῇ κωλύεται πτέρυγι·
Αἱ δ᾽ ἀναρίθμητοι νεαρῶν σωρηδὸν (5) ἀοιδῶν
    Μυριάδες λήθῃ, ξεῖνε, μαραινόμεθα.
Λωΐτερος (6) κύκνου μικρὸς θρόος, (7) ἠὲ κολοιῶν
    Κρωγμὸς (8) ἐν εἰαριναῖς κιδνάμενος (9) νεφέλαις.

(1) Exſtat in *Anthologia* Epigramm. Græc. lib. III. cap. 25. epigr. 69.

(2) Hoc epigramma eſt multo elegantiſſimum & argutiſſimum in *Erinnam*, de qua illud Homericum (Ιλ. γ'. v. 214.) recte uſurpare poteris, quod cecinerit παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως· ἐπεὶ οὐ πολύμυθος, οὐδ᾽ ἀφαμαρτοεπής. *Pauca quidem ſed valde argute: quoniam non multiloquus, neque verbis errans*; quam laudem ei *Antipater* & ceteri tribuere videntur hiſce Epigrammatis. Hoc non dubitavit Antipater de ſuo ſeculo, quod tamen doctiſſimis poëtis fuit fœcundiſſimum, pronunciare; Dii boni, quot nunc paſſim crocitant graculi, uno cygno dulciter & muſice modulante, quem ego vere citraque aſſentationem *Eobanum Heſſum* dicere poſſum, cujus ſimilem nec Gallia

II. Λεω-

ERINNAE LESBIAE
CARMINA.

I.

In Erinnam,
Antipatri.

PAuciloqua Erinna, & non verboſa cantibus,
Sed ſortitum eſt Muſas hoc exiguum carmen.
Igitur memoria non caret, neque nigræ
Noctis ſub umbroſa cohibetur ala.
At vero innumeræ recentiorum coacervatim poëtarum
Myriades oblivione, o hoſpes, contabeſcimus.
Eſt melior cycni modicus cantus, quam graculorum
Cornicatio, in vernis quæ diſſipatur nubibus.

II. Leo.

Gallia hodie habet, nec Italia, quantum ad elegiaci carminis facilitatem, copiam & elegantiam pertinet. *Obſopæus.*

(3) Nam verſus 300. ſolum poſteris reliquit. *Brodæus.*

Calliope Muſa vocatur πολύμυθος *facunda* à *Dionyſio* in Antholog. l. 5. epigr. 17

(4) Pro ἤμαρτεν. *Homerus* Ιλ. ε'. v. 287. Ἤμβροτες, οὐδ' ἔτυχες. *Erraſti, nec es aſſecutus.* Exſtat etiam hæc vox Ιλ. χ'. v. 279

(5) Utitur hac voce *Polyænus* Stratag. VIII. 21. p. 731. adde *Heſychium* in σωρηδόν· *Photii* Lexicon MS. σωρηδὸν, ὁμοῦ.

(6) Hoc diſtichon exhibet *Suidas* in λαῖον T. II. p. 462. Eadem fere profert *Lucretius* IV. v. 185

 Sua-

II.

Λεωνίδου. (1)

Παρθενικὴν νεαοιδὸν ἐν ὑμνοπόλοισι μέλισσαν (2)
Ἤρινναν, Μουσῶν ἄνθεα δρεπτομένην,
Ἅδης (3) εἰς ὑμέναιον ἀνήρπασεν· ἦ ῥα τόδ᾽ ἔμφρων
Εἶπ᾽ ἐτύμως ἁ παῖς, βάσκανος (4) ἔσσ᾽ Ἀΐδη.

III.

Ἀσκληπιάδου. (5)

Ὁ γλυκὺς Ἠρίννης οὗτος πόνος, οὐχὶ πολὺς μὲν,
Ὡς ἂν παρθενικᾶς ἐννεακαιδεκέτευς,
Ἀλλ᾽ ἑτέρων πολλῶν δυνατώτερος· εἰδ᾽ Ἀΐδας μοι
Μὴ ταχὺς ἦλθε, τίς ἂν ταλίκον ἔσχ᾽ ὄνομα;

IV. Εἰς

Suavidicis potius, quam multis verſibus edam,
Parvus ut eſt Cycni melior canor, ille gruum quam
Clamor, in ætheriis diſperſus nubibus auſtri.

(7) Θρόος ſuavem vocem & cantum ſignificat in *Anthol.* lib. I. c. 14. epigr. 4. & lib. III. cap. 18. epigr. 2. Contractum θροῦς de murmure, ſuſurro & rumore incerto uſurpari ſolet. vid. *Thucyd.* IV. 66. V. 7. & 30. *Xenoph.* Ἑλληνικῶν VI. 5. ſect. 35. & περὶ Κύρου παιδείας VI. 1. ſect. 20. *Plutarch.* in Pyrrho T. I. Opp. p. 390. E. *Ælian.* Var. Hiſt. II 13. in fine, *Dionyſ. Hal.* Antiqq. Rom. VI. p. 384, 29. & p. 404, 10. *Polybium* Hiſtor. l. 32. *Philoſtratum* in Icon. I. 2. p. 766. *Liban.* Orat. X. p. 281 B. *Alciphronem* Epiſt. lib. III. ep. 71. *Suidam* & *Heſychium.* Λόγος κακόθρους apud *Sophoclem* in Ajace flag. v. 138. & δυσθρόου φωνᾶς mentio exſtat in *Pindari* Pyth. Od. IV. v. 111. Lexicon MS. Photii: θροῦς· ἦχος, φωνὴ ἄσημος, λαλιὰ, θόρυβος.

(8) Cornicibus τὸ κρώζειν tribuunt *Heſiodus* Ἔργων v. 747. ubi vide *Moſchopulum* p. 160. ed. Heinſ. *Sozomenus* Hiſt. Eccleſ. IV. 10. & *Heſychius* in κρώζειν. Sed in *Photii* Lexico MS. legitur: κρώζει ὡς κόραξ, ἡ κορώνη κράζει.

(9) *Scholia minora* Homeri Ιλ. θ. v. 1. Ἐκίδνατο] ἐσκεδάννυτο, ἐσκορπίζετο. *Euſtathius* ad Ιλ. β΄ v. 850. p. 272. 37. τὸ κίδναται νῦν μὲν δίχα τοῦ σ΄ διὰ τὸ μέτρον, ἀλλαχοῦ δὲ σὺν τῷ σ΄ εὕρηται· ἐπεὶ γάρ ἐστι καὶ κεδῶ, καὶ σκεδῶ, τὸ σκεδάζω. ἀπὸ τοῦ κεδῶ γίνεται τὸ κίδναται, ἀπὸ δὲ τοῦ σκεδῶ τὸ σκίδναται· ἢ δὲ πλατυσμὸν τοῦ ποταμοῦ δηλοῖ τὸ κίδναται, ὡς πλατυνομένου ἐν τῷ ῥέειν, ἢ μηκυσμὸν, ὡς πόῤῥωθεν εἰς θάλασσαν καταῤῥέοντος, ἢ καὶ ἀμφότερα. conf. idem ad Ιλ. ά. v. 487. p. 106, 5 & ad Odyſſ. σ΄ v. 130. p. 661, 40. Κίδναται, σκορπίζεται, & σκιδνάμενος, σκορπιζόμενος. *Photius* in Lexico MS. κίδναμαι reperitur in *Homeri* Ιλ. ψ΄ v. 227. & Ιλ. ώ. v. 695. *Euripidis* Hecuba v. 916. *Oppiani* Cyneg. IV. v. 283. *Cointi Smyrnæi* lib. I. v. 824. Σκίδναμαι apud *Homerum* ſæpius & in *Sapphus* fragm. n. CLVII.

(1) Vid. *Anthologia* lib. III. cap. 25. epigr. 65.

(2) Eleganti hac compellatione uſi ſunt *Ariſtophanes* in Eccleſ. v. 965.

Ὦ

II.

Leonidæ.

Virginem juvenem inter Poëtas apem
  Erinnam, Muſarum flores decerpentem,
Mors in hymenæum rapuit. Profecto hoc ſapiens
  Dixit vere puella, invidus es Acheron.

III.

Aſclepiadis.

Dulcis Erinnæ hic labor, non multus quidem,
  Utpote virginis novemdecim annorum,
Sed reliquis multis potentior, ſi vero mors mihi
  Non cita veniſſet, quis unquam tantum habuiſſet nomen?

IV. In

Ὦ χρυσοδαίδαλον ἐμὸν μέλημα,
Κύπριδος ἔρνος, μέλιττα Μούσης, Χαρίτων θρέμμα, τρυφῆς πρόσωπον.

O ludicrum meum aureolum, mea cura,
Veneris planta, Muſæ apicula, Gratiarum alumna, facies deliciarum.

Agathius in *Anthol. IV.* cap. I. epigr. 6.

Τὰς μὲν ὑπὲρ μύθων τε καὶ εὐτροχάλοιο μελίσσης
  Εἰκόνας ἱλήκοις, δηρὸν ὀφειλόμενος.

Ob ſermonum & volubilis apis
  Imagines clemens eſto, cum dudum debeantur.

Libanius ep. 35. Centuriæ Wolfianæ: μέλιτταν ἐλευθέρωσον, ἀδικουμένην ὑπ' ἀναισχύντου κροκοδείλου. *Libera apem, quæ ab impudente crocodilo vexatur. Ariſtænetus* II. ep. 21. Τοιγαροῦν ὦ μέλισσα ἐμὴ ἁρπάζεις τὰ πάντων ὄμματα. *Igitur o apis mea cunctorum oculos rapis.*

(3) *Jo. Clericus* in notis ad *Heſiodi* Theogon v. 455. nomen Ἀΐδης aut ἄδες putat deducendum eſſe ex voce איד *ed* aut *ajid*, qua ſignificatur *mors & exitium*, & voce illa ſignari non locum, ut exiſtimant Grammatici, qui ex α privativo & εἴδω *video* deducunt, ſed virum; quod ex locutione εἰς Ἀΐδου, in qua ſubintelligitur οἶκον, in *Aidis domum*, aut ſimile quidpiam, liquere cenſet. Alias hujus vocis ſignificationes illuſtrat Frater dilectiſſ. T. I. Cur. Philol. ad Matth. XI. 23, & XVI. v. 18. Act. II. v. 24, & 27. Idem in Centuria Epp. *Libanii* ad ep. 61. not. 5. & in Curis ad Matth. XI. 23. præcipuos Scriptores de hac voce allegat, quibus addere juvat Hug. Broughtonum *T. III.* Opp. p. 731. Autorem Obſerv. Hal. *T. VIII.* obſ. 4. §. 18. ſeqq. *Pet. Zornium* T. I. Opuſcul ſacr. p. 16, & 763. & *Hadr. Beverlandum* in Otiis Oxon. MSS. cap. 7. Varias origines nominis Ἀΐδης recenſet *Gyraldus* Synt. VI. de Hiſtoria Deorum, p 194. D.

(4) Orta eſt hæc vox à verbo βασκαίνω, de quo conf. *Lamb. Bos* Exercitt. in N. T. p. 173. ſeq. & Fratris dil. *T. II.* Curarum Phil. ad Gal. *III.* 1.

(5) Vid. *Antholog.* III. 25. epigr. 60.

(1) Vid.

IV.

Εἰς Γραμματικούς,

Ἀντιφάνους. (1)

Γραμματικῶν περίεργα (2) γένη, ῥιζώρυχα (3) μούσης
Ἀλλοτρίης, ἀτυχεῖς σῆτες (4) ἀκανθοβάται, (5)
Τῶν μεγάλων κηλῖδες, ἐπ' Ἠρίννῃ δὲ κομῶντες, (6)
Πικροὶ καὶ ξηροὶ Καλλιμάχου πρόκυνες,
Ποιητῶν λῶβαι, (7) παισὶ σκότος ἀρχομένοισι,
Ἔρροιτ' εὐφώνων λαθροδάκναι (8) κόριες·

V.

Ἄδηλον. (9)

Ἄρτι λοχευομένην (10) σε μελισσοτόκων ἔαρ (11) ὕμνων,
Ἄρτι δὲ κυκνείῳ φθεγγομένην στόματι,
Ἤλασεν εἰς Ἀχέροντα διὰ πλατὺ κῦμα καμόντων (12)
Μοῖρα, λινοκλώστου (13) δέσποτις ἠλακάτας.

Σὸς

(1) Vid. *Antholog.* II. 10. epigr. 4.

(2) *Philoſtratus* de vita Apoll. IV. 35. Νέρων οὐ ξυνεχώρει φιλοσοφεῖν, ἀλλὰ περίεργον αὐτῷ χρῆμα οἱ φιλοσοφοῦντες ἐφαίνοντο, καὶ μαντικὴν συσκιάζοντες. *Nero nolebat permittere philoſophiæ ſtudia; verum magiæ ipſi ſuſpecti philoſophi videbantur, & divinandi artem (philoſophiæ prætextu) tegere. Olearius* ὁ μακαρίτης in notis ad h. l. de voce περίεργος copioſe agit.

(3) *Plutarchus* de animi tranquillit. T. II. Opp. p. 473. A. φύσις τῶν θηρίων ἑτέροις ἀφ' ἑτέρων παρεσκεύασε τὴν τροφὴν εἶναι, καὶ οὐ πάντα σαρκοφαγεῖν, ἢ σπερμολογεῖν, ἢ ῥιζωρυχεῖν ἐποίησε. *Natura brutorum animalium aliis aliunde nutrimentum ſuggerit, neque omnibus carnem edendi, ſemina legendi, radices effodiendi facultatem indidit.* In *Manuelis Phile* carmine de Elephante p. 86. apud Celeb. *Fabricium* Vol. VII. Biblioth. Gr. p. 701. cornu alterum elephanti vocatur ῥιζορύκτης καὶ σπαράκτης τῶν κλάδων. Notius eſt ῥιζοτόμων nomen.

(4) Conf. notas ad *Sapphus* fragm. n. XL. p. 238 b.

(5) In Epigrammate *Leonidæ* Anthol. III. 24. epigr. 16. v. 4. locuſta appellatur ἀκανθοβάτις.

(6) Mihi hoc loco videtur eſſe menda, neque tamen ita conſentientibus codicibus quicquam pronunciare audeo. *Obſopæus.*

In *Erinna* poëtria ac plebejis verſificatoribus extollendis σεμνύνονται, inſolenter ſe gerunt, id ſignificare κομᾶν infra oſtendemus. *Brodæus.* Legitur hæc obſervatio ad Antholog. IV. 4. epigr. 16. v. 4. Κείρας βόστρυχον, *in ſervitutem redactus*; αἱ γὰρ τρίχες σύμβολόν εἰσιν τῆς ἐλευθερίας· τῶν γὰρ δούλων τὰς τρίχας ἀπέκοπτον, ἵνα μὴ παρεμποδίζωνται εἰς τὰς ἐνεργείας. *Grammatici. Lucanus:* (I. v. 442.) *Et nunc tonſe Ligur.* & vos Ligures nunc ſub jugum miſſi. Hinc κομᾶν, ſuperbire, indulgere genio & elatum eſſe. *Plutarchus:* ἐπὶ δὲ τοῖς κατὰ συνήθειας ἐκδοθεῖσι οὕτω κομῶσιν καὶ μεγαληγορῶσιν. *Baſilius:* πλούτῳ κομᾶς. *Ariſtophanes* Equit. (v. 575.) μὴ φθονεῖθ' ἡμῖν κομῶσι. Gloſſema: κομῶσι· τρυφῶσι, πλουτοῦσι· τὸ γὰρ κομᾶν ἐπὶ τοῦ τρυφᾶν λέγεται καὶ γαυροῦσθαι καὶ μέγα φρονεῖν. *Idem* in Avibus, (v. 912.) Ἔπειτα δῆτα

δοῦ-

IV.

In Grammaticos,

Antiphanis.

Grammaticorum curioſum genus, eradicatorium Muſæ
Alienæ, infelices tineæ per ſpinas incedentes,
Magnorum maculæ, in Erinna laudanda operam navantes,
Graves & duri Callimachi canes emiſſarii,
Poëtarum contumeliæ, pueris tenebræ incipientibus,
Pereatis bene ſonantium clanculum mordentes cimices.

V.

Incerti.

Nuper parturientem te ab apibus genitorum ver hymnorum,
Nuper te Cygneo locutam ore,
Impulit ad Acheronta per latum fluctum mortuorum
Parca, filum nentis domina coli.

Tuus

δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις. *Scholia:* ἦν δὲ τῶν ἐλευθέρων τὸ κομᾶν. *Euſtathius:* λέγονται δὲ τὸν μὲν ἄλλον πάντα χρόνον κομᾶν Ἕλληνες, ἐν δὲ πένθους καιρῷ κείρεσθαι. Fuiſſe tamen & Græcis κόμην πενθητήριον, *non ſum neſcius.*

Locis Autorum, qui de hac ſignificatione verbi κομᾶν in *H. Stephani* Lexico allegantur, addere juvat *Ariſtophanem* in Nub. v. 545. *Maximum Tyrium* diſſ. 8. p. 86. ed. Daviſ. & *Heliodorum* Æthiop. lib. V p. 251. ed. Bourdel.

(7) *Heſychius:* λώβη· βλάβη, ὄνειδος, ἀπάτημα, χλεύη, ψεῦδος, ὕβρις. *Moſchopulus* περὶ σχεδῶν p. 33. & p 48. λώβη ἀντὶ ὕβρεως. *Photius* in Lexico MS. λώβη· βλάβη, ὕβρις. *Phalaris* ep. 122. & *Themiſtius* Orat. I. p. 4. D.

(8) *Henr. Valeſius* ad verba *Ammiani Marcellini* XV. 3. *Ut clam mordax canis,* obſervat *Chryſoſtomum* in Homilia XV in Epiſt. ad Epheſ. eleganter dicere, καθάπερ οἱ λαθροδῆκται τῶν κυνῶν, & *Palladium* in vita Chryſoſtomi de Theophilo: μικρὸν ἡσυχάσας χρόνον, καθάπερ λαθροδάκτης κύων. *Heſychius:* Σιγέρπης· (canis nomen) λαθροδάκτης.

(9) *Antholog.* III. 25. epigr. 67.

(10) Quamvis illud verbum de muliere pariente proprie uſurpetur, tamen *Æſchylus* apud *Hephæſt.* p. 3, 17. & apud *Priſcianum* lib. I. p. 562. ait, Iſtrum λεχεύεσθαι virgines, quæ ad eum naſcuntur, & *Euripides* in Iphigen. in Aul. v. 286. λόχευμα patri tribuit. vid. *Arnaud* Spec. Animadv. c. 17. p. 98.

(11) Similis locutio occurrit in *Anthol.* III. 12. epigr. 32. v. 2.

—— φεῦ Χαρίτων ἐξαπόλωλεν ἔαρ.

heu Charitum periit ver.

(12) Notabis καμόντες dici defunctos & mortuos apud *Homerum* Ιλ. γ'. v. 278. Ιλ. ψ'. v. 72. Οδ. λ'. v 475. & ω'. v. 14. *Theocritum* Idyll. XVII. v. 49. & *Euripid.* Supplic. v. 756. ubi vocantur κεκμηκότες.

(13) Ai-

Σὸς δ' ἐπέων, Ἤριννα, καλὸς πόνος, οὔ σε γεγωνεῖ (1)
Φθῖσθαι, ἔχειν δὲ χοροὺς ἄμμιγα Πιερίσιν.

VI.

Ἄδηλον. (2)

Λέσβιον Ἠρίννης τὸ δὲ κηρίον ἁδύ τι (3) μικρὸν,
Ἀλλ' ὅλον ἐκ (4) Μουσέων κιρνάμενον μέλιτι.
Οἱ δὲ (5) τριηκόσιοι ταύτης στίχοι, ἶσοι Ὁμήρῳ,
Τῆς καὶ παρθενικῆς ἐννεακαιδεκέτευς.
Ἣ καὶ ἐπ' ἠλακάτῃ (6) μητρὸς φόβῳ ἢ καὶ ἐφ' ἱστῷ (7)
Ἑστήκει, Μουσέων λάτρις ἐφαπτομένη.
Σαπφὼ (8) δ' Ἠρίννης ὅσσον μελέεσσιν (9) ἀμείνων,
Ἤριννα Σαπφοῦς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις.

VII.

Ἄδηλον. (10)

Παρθενικὴ δ' Ἤριννα λιγύθροος (11) ἕζετο κούρη,
Οὐ μίτον ἀμφαφόωσα πολύπλοκον, ἀλλ' ἐνὶ σιγῇ
Πιερικῆς ῥαθάμιγγας ἀποστάλάουσα μελίσσης.

VIII. Ἠρίν-

(13) Λινόπλεκτος occurrit apud *Nonnum* Dionyſ. XXVI. v. 56- & *Manaſſem* in Chronico v. 5222. p. 95. conf. etiam p. 131 λινοῤῥαφὴς apud *Æſchylum* Supplic. v. 140. p. 568. & *Nonnum* Dionyſ. XXIII. v. 131

(1) Verbum hoc prolixe exponitur ab *Euſtathio* ad Ιλ. μ'. v. 337. p. 870, 38. qui ait id poni ἐπὶ τοῦ ἀκούεσθαι, ἢ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ μέγα καὶ ἐξάκουστον βοᾶν. Conf. idem ad Ιλ. χ'. v. 34. p. 1352, 6. & ad Odyſſ. ἕ. p. 230, 17. *Moeris* Atticiſta: γεγωνεῖν καὶ γεγωνίσκειν, Θουκυδίδης (VII. 76.) ἀττικῶς· βοᾶν καὶ κράζειν, ἑλληνικῶς. Solon apud Laërt. I. 61. Γλῶσσα δέ οἱ διχόμυθος ἐκ μελαίνας φρενὸς γεγωνῇ. *Et lingua ejus duplex ex atra ſonet mente.* Adde *Pindarum* Ol. III. v. 17. & Pyth. IX. v. 3. *Dionyſ. Hal.* Antiqq. Rom. I. p. 31, 35.

(2) *Antholog.* I. 67. epigr. 14. & apud *Euſtath.* ad Ιλ. β'. p. 247, 34. ed. Baſ.

(3) *Euſtathius:* ἁδὺ τὸ.

(4) *Urſinus* ἐν.

(5) Codices nonnulli *Anthologiæ* perperam habent: οὐδὲ.

(6) *Euſtathius* ad Ιλ. π'. v. 183. p. 1069, 5. Ἠλακάτη οὐ μόνον τὸ τοῦ ἐρίου ὄργανον, ἀλλὰ καὶ ὁ κάλαμος, ἢ τὸ ξύλον τοῦ βέλους. Conf. idem ad Ιλ. ύ. v. 70. p. 1269, 21. & ad Od. ά. v. 353. p. 64, 15.

(7) *Urſinus:* ἐπ' ἱστῷ. Vid. *Sapphus* fragm. num. X. p. 231. *a.*

(8) Hoc diſtichon legitur in *Sapphûs* fragm. n. CCVII.

(9) Ly-

Tuus vero carminum, Erinna, elegans labor, non te clamat
Mortuam eſſe, ſed habere choros inter Pierides.

VI.

Incerti.

Leſbus Erinnæ hic favus ſuavis aliquis parvus,
Sed totus ex Muſarum mixtus melle.
Sed trecenti ejus verſus, æquales Homero,
Et virginis novemdecim annorum,
Quæ ad colum, matris metu, & ad telam
Stetit, Muſas famula attingens.
Sappho verò Erinna quanto in melicis melior,
Erinna ipſa Sappho tantum in Hexametris.

VII.

Incerti.

Virgo Erinna ſuaviſona ſedebat puella,
Non filum tangens multis nexibus implicitum, ſed in ſilentio
Pericæ guttas ſtillans apis.

VIII. Erin-

(9) Lyricorum verſus μέλη maxime dicuntur, & inde Melici ſeu Lyrici poëtæ, non ex jucunditate carminis nuncupati; nec minus ſane abſurdum, poëtas omnes aut abſolutos tantum Melicos appellari poſſe, quam Elegos dici, in quo valde peccarunt Grammatici. *Galenus:* ὡς ὁ παρὰ τοῖς μελικοῖς ποιηταῖς, οὓς ἔνιοι λυρικοὺς ὀνομάζουσι. Μέλος ὁ τῆς φωνῆς ῥυθμὸς quibuſdam eſt. *Platoni* τὸ μέλος ἐκ τριῶν ἐστι συγκείμενον, λόγου τε καὶ ἁρμονίας καὶ ῥυθμοῦ. *Gellius* longiorem vocis menſuram ῥυθμὸν, altiorem μέλος. *M. Tullius*, quicquid ſub aurium menſuram cadit, ῥυθμὸν, i. e. numerum vocat. *Capella:* Numerum autem marem eſſe, melos eſſe ſeminam noverimus, etenim melos eſt materies, quæ ſine propria figura eſſe cenſetur; rhythmus autem opere quodam virilis actus tam formam ſonis quam varios præſtitit effectus. *Hermogenes:* πάλιν αὖ σχήματά τε ἐστί τινα καὶ κῶλα, συνθέσεις τε καὶ ἀναπαύσεις καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν τούτοιν συνιστάμενον ὁ ῥυθμός· ἡ γὰρ ποιὰ σύνθεσις τῶν τοῦ λόγου μερῶν καὶ τὸ ὡδίπως ἀναπεπαῦσθαι τὸν λόγον, ἀλλὰ μὴ ὡδὶ ποιεῖ τὸ τοιόνδε, ἀλλὰ μὴ τοιόνδε εἶναι τὸν ῥυθμόν· quem modum latine dici *Cenſorinus* putat. *Brodæus.*

(10) *Antholog.* lib. V. epigr. 21.

(11) *Dionyſius* Perieg. v. 575. παταγοῦς δὲ λιγύθροος ὄρνυται ἠχή· *ſtrepitus autem ſtridulus excitatur ſonus*; ad quem locum *Scholia*, λιγύθροος· ἡδύφωνος, ὀξεῖα. Ab eodem v. 549. luſcinia vocatur λιγύφθογγος. Vocem autem λιγυρόθροος, quam apud illum exſtare *H. Stephanus* aliique Lexicographi teſtantur, fruſtra quæſivi. Λιγυηχὴς κιθάρη memoratur in *Anthologia*. *Moſchopulus* περὶ σχεδῶν, p. 165.

λιγὺς

VIII.

Ἠρίννης τῆς Λεσβίας, (1)

ἐις ἀκρίδα. (2)

Ἀκρίδι, (3) τᾷ κατ᾽ ἄρουραν ἀηδόνι, (4) καὶ δρυοκοίτᾳ (5)
Τέττιγι ξυνὸν τύμβον ἔτευξε Μυρὼ,
Παρθένιον ϛάξασα κόρα δάκρυ· δισσὰ γὰρ αὐτᾶς
Παίγνι᾽ ὁ δυσπειθὴς (6) ᾤχετ᾽ ἔχων Ἀΐδας.

IX.

Τῆς αὐτῆς, (7)

ἐις εἰκόνα παρθένου.

Ἐξ ἀταλᾶν (8) χειρῶν τάδε γράμματα· λῷϛε (9) Πραμηθεῦ, (10)
Ἔντι καὶ ἄνθρωποι τὶν ὁμαλοὶ σοφίαν.

Ταύταν

λιγὺς, ὁ ὀξεῖαν ἔχων φωνὴν, ἐξ οὗ λιγύφθογγος ἀηδὼν, καὶ λιγεῖα φωνὴ, ἡ λιγυρὸν μέλος ἔχουσα.

(1) *Antholog.* III. 24. epigr. 8.

Hujus epigrammatis meminit etiam *Plinius* XXXIV. 8. ubi de Myrone. Miror autem M. *Varronem* & eum ſecutum *Plinium* tam fœde lapſos, qui *Myroni* artifici, quod de *Myro* Poëtria *Erinna* dixerat, tribuerint. *Urſinus.*

Epigramma hoc, quod *Urſinus Erinnæ* tribuit in locuſtæ & cicadæ tumulum, jure ei adſcribi, licet in *Anthologia Anytæ* vel *Leonidæ* adſcribatur, affatim evincere puto *Plinium* Hiſt. nat. XXXIV. 8. qui diſerte de *Myrone* celebri ſtatuario refert, eum feciſſe cicadæ monumentum ac locuſtæ, idque carminibus ſuis Erinnam ſignificare, ut fruſtra de fide ejus epigrammatis addubitare Virum doctum ſit manifeſtum. Quamvis & id clarum ſit, quod *Urſino* ad Carmina IX. feminarum p. 295. jam notatum, & *Harduino* ad *Plinium* l. c. *Erinnam* in illo epigrammate non de *Myrone* ſtatuario eſſe accipiendam, ſed de Myrone puella, quæ cicadam & locuſtam, delicias ſuas, eodem monimento condiderat. *Olearius* diſſ. de Poëtriis p. 30.

(2) *Martialis* (VII. 86. v. 8.) *Luſciniæ tumulum ſi Theleſina dedit.* Condidit ſepulchrum equo ſuo Hadrianus, & pſittaco ſuo Corinna. *Brodæus.*

Τὴν ἀκρίδα Νίκανδρος (Theriac. v. 801.) μάλιϛα καλεῖ σιτοφάγον. Παραβάλλει γάρ τινα εἴδη σκορπίων ἐπτερωμένων τοῖς τῶν ἀκρίδων πτεροῖς οὕτως·

Οἷς δὴ καὶ νώτοισι περὶ πτερὰ πυκνὰ χέονται,
Μάϛακι σιτοφάγῳ ἐναλίγκια, τοίθ᾽ ὑπὲρ ἄκρων
Ἱπτάμενοι ἀθέρων λεπυρὸν ϛάχυν ἐκβόσκονται.

Quin etiam dorſo denſis compagibus alæ
Aptantur, qualeſque licet ſpectare locuſtæ,
Dum ſegeti advolitat, flavaſque abſumit ariſtas.

Scholia Anthol. ad h. l.

De locuſtis copioſe egerunt *Sam. Bochartus* Hierozoici Sacri Part II. lib. IV. c. 1. ſqq. aliique plures, quos allegat *Frater* dil. T. I. Cur. Phil. ad Matth. III. 4.

(3) *Hug. Grotii* interpretatio:

Læta cicada comis, locuſtaque ruris aëdon,
Hunc vobis tumulum ponit utrique Myro.

Triſtitiam

VIII.

Erinnæ Lesbiæ,

In locuſtam.

Locuſtæ, quæ in agris luſciniæ inſtar eſt, & in quercubus jacenti
Cicadæ communem tumulum fecit Myro,
Virgineam ſtillans puella lacrumam: gemina enim ejus
Ludicra imperſuaſibilis abiit habens mors.

IX.

Ejuſdem,

In imaginem Virginis.

Ex teneris manibus hæc imago; optime Prometheu,
Sunt & homines tibi ſimiles ſapientia.

Hanc

Triſtitiam fletu virgo teſtata, quod illi
Mors pariter luſus abſtulit atra duos.

(4) Originem hujus vocis explicat atque ἀηδὼν cum ι ſubſcripto nonnullis placere monet *Alex. Politus* in notis ad Euſtathii Comment. in Ιλ. α΄. T. I. p. 22. a. conf. *Sapphonis* fragm. XXXIV. p. 235. Luſciniarum in ſcopulis ob raptos pullos lugubre melos fundentium mentionem crebram apud veteres Tragicos alioſque poëtas occurrere docet Ill. *Spanhemius* T. I. de præſtantia Numiſm. diſſ. 5. p. 255.

(5) Sub hac voce *Suidas* T. I p. 629. ed. Cantabrig. tres primos verſus affert.

(6) *Ammonius* περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων· δυσπειθὴς καὶ ἀπειθὴς διαφέρει· δυσπειθὴς γάρ ἐστιν, ὃς δυσχερῶς παραδέχεται τὸν πιστὸν λόγον· ἀπειθὴς δὲ, ὃς ἀποκρίνεται, καὶ οὐχ' ὅτι τί ἐστι πείθεσθαι. *Lucianus* in Abdicato T. I. Opp. p. 709. jungit δυσαγωγὸν καὶ δυσπειθῆ.

(7) Antholog. IV. 5. epigr. 7.

(8) Ἐξ ἀπαλῶν *Anthol.* edd. Ἐι παλαμῶν χειρῶν legit *Scaliger*; δέξ᾽ ἀταλῶν χειρῶν Vir quidam illuſtris; δέξ᾽ ἀπαλῶν *Salmaſius* volebat. In ſchedis quibuſdam hoc interpolatorem ſapit; cum enim ſchedarum ſcriptor inveniſſet in veteri codice Δεξαταλαν, ille hinc fecit Δέξο τάλαν —— Προμαθεῦ, quaſi *Prometheus* hic τάλας dici poſſet. Sed & illud Δέξο à mala manu videtur; nam ſi ita legamus, ſtatuendum eſt, hanc picturam fuiſſe anathematis loco ſacratam Prometheo. Eum pro Deo cultum fuiſſe & habitum ſcio, unde illud apud Æſchylum, Ἴδεσθέ μ᾽ οἷα πρὸς θεῶν πάσχω θεός. Sed iſta nihil ad hanc picturam. In codice antiquo legitur ἐξ ἀταλᾶν, quod proculdubio eſt verum, & genitivus doricus. Ex eadem dialecto corrigo: τὶν ὁμαλοὶ σοφίαν· *tibi ſimiles ſapientia*, quod τὶν in ſchedis quibuſdam apparet. Vir illuſtris ponit diſtinctionem poſt γράμματα, alius vir doctus poſt ἐντὶ delet diſtinctionem, & ponit poſt Προμηθεῦ. Neſcio quid ſibi volebat Scaliger, quando ita tentabat: τῆνο μάλ᾽ ἁ σοφία. Pro ταύταν codex quidem male ταῦτα, an voluit ταύτᾳ *hic*. Ἀυγὰν Edd. ἀυδὰν recte *Scaliger*, ποτ᾽ ἔθηκ᾽ Edd. ποτέθηκ᾽ una voce vir doctus correxerat, confirmant Codices. Quia in Codice ἦς κ᾽ legebatur, *Salmaſius* volebat, ἦθ᾽ ἀγαθαρχὶς, at illud ἦς κ᾽ perplacet, εἴη ἂν enim notat. codex quidam male εἰς. Hæc Vir præſtantiſſ. *D'Orville* mecum benevole communicavit.

(9) Voce λᾶος frequentius utebantur, qui atti-

Ταύταν γοῦν ἐτύμως τὰν παρθένον ὅστις ἔγραψεν,
Αἰκ' αὐδὰν (11) ποτέθηκ', ἦς κ' Ἀγαθαρχὶς (12) ὅλα.

X.

Ἔστι (1) καὶ πόλις λακωνικὴ, μία τῶν ἑκατὸν, Τῆνος λεγομένη· ὁ πολίτης Τήνιος, (2) καὶ τὸ θηλυκὸν, Τηνία. (3); Ἀφ' ἧς καὶ Ἤριννα Τηνία (4) ποιήτρια· λέγεται καὶ Τηνεύς.

XI.

Ὅτι (5) δὲ καὶ γυναῖκες ἦσαν οὐ μόνον ἄλλως σοφαὶ, ἀλλὰ καὶ μελοποιοὶ, οὐ μόνον ἐκ τῆς ῥηθείσης Πραξίλλης δῆλον, ἀλλὰ καὶ Σαπφοῦς καὶ Κορίννης καὶ Ἠρίννης. Ἦν δὲ ποιήτρια κρουμάτων Χαριξένη· ὅθεν παροιμία παρὰ τῷ Κωμικῷ ἐν Εκκλησιαζούσαις (v. 983.) ΟΥ ΓΑΡ Τ' ΑΠΙ ΧΑΡΙΞΕΝΗΣ ΤΑΔ' ΕΣΤΙΝ. Ἰστέον δὲ, ὡς ἡ ῥηθεῖσα Ἤριννα, Λεσβία μὲν ἦν, ἢ Ροδία, ἢ Τεία, ἢ Τηλία, ἐκ Τήλου νησιδίου, ἐγγίζοντος τῇ Κνίδῳ, Ποιήτρια δὲ ἦν, καὶ ἔγραψε ποίημα Ἠλακάτην, αἰολίδι γλώσσῃ καὶ δωρίδι, ἐν ἔπεσι τριακοσίοις. Ἦν δὲ ἑταίρα Σαπφοῦς, καὶ ἐτελεύτησε παρθένος. Οἱ δὲ στίχοι αὐτῆς ἐκρίθησαν ἐνάμιλλοι τοῖς Ὁμήρου. ἀπῆλθε δὲ ἐννεακαιδεκέτις. Δήλωσις δὲ τῶν ῥηθέντων καὶ τὸ εἰς αὐτὴν ἐπίγραμμα. τοῦτο Λέσβιον. κ. τ. λ. Vid. num. VI.

XII. Ἤριννα

ciſmum affectabant. Vid. *Olearium* ad *Philoſtr.* de vit. Sophiſt. lib. I. cap. 13, not. 6.

(10) Φασὶ τὸν Προμηθέα τοὺς ἀνθρώπους πλάσαι πηλῷ, κἄπειτα φωνὴν καὶ ψυχὴν αὐτοῖς ἐνθεῖναι. φησὶν οὖν, ὡς εἰ καὶ ὁ ξυγγραφεὺς ψυχὴν τῷ ξοάνῳ ἐνέθηκεν, αὐτὴ ἂν ἦν ἡ Ἀγαθαρχὶς· τἄλλα γὰρ οὐδὲν αὐτῆς ἀπολείπεται. *Scholia* ad h. l.

Hoc, Prometheu, tuarum manuum opus eſt, neque minus vivum, quam quos olim formaſti homines. Erinna pictorem quempiam Prometheo comparans eximie commendat. *Juvenalis* (Sat. IV. v. 132.) *Debetur magnus patinæ ſubituſque Prometheus.* *Lucianus* (de Prometheo T. I. Opp. p. 14.) καὶ αὐτοὶ δὲ Ἀθηναῖοι τοὺς χυτρέας καὶ ἰπνοποιοὺς καὶ πάντας, ὅσοι πηλουργοὶ, Προμηθέας ἀπεκάλουν. Vide *Æſchylum* in Prometheo. *Brodæus.*

(11) Αἰκ' αὐγὰν caſtigo αὐδὰν, αὐδὴ proprie humana vox eſt, unde *Homero:* δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα. *Galenus:* οὕτως οὖν καὶ θεὸν αὐδήεσσαν εἴρηκε τὴν ἀνθρωπίνῃ διαλέκτῳ χρωμένην. *Apollonii* Gloſſographus: αὐδήεσσαι, αἱ εἰς λόγον ἀνθρώποις ἐρχόμεναι. *Heſychius:* αὐδήεσσα, ὀνομαστὴ, ἔνδοξος. *Brodæus.*

Pro αὐγὰν libentius legerem αὐδάν. Urſinus.

Poſtremus verſus epigrammatis ita legitur in MS. Αἰκ' αὐδὰν ποτέθηκ', ἦς Ἀγαθαρχὶς ὅλα, pro quo male in editis eſt: Αἰκ' αὐγὰν ποτ' ἔθηκ', ἦς Ἀγαθαρχὶς ὅλα. *Olearius* diſſ. de Poëtriis p. 30.

(12) Quænam hæc fuerit, nondum reperio. An ad

Aga-

Hanc igitur virginem quiſquis pinxit,
Si etiam vocem addidiſſet, eſſet ſane Agatharchis tota.

X.

Eſt etiam urbs Laconica, una ex centum, Tenos dicta; civis Tenius, & fœmininum, Tenia. A qua etiam Herinna Poëtria Tenia; dicitur etiam Tenius.

XI.

Fuiſſe vero fœminas non ſolum alioquin ſapientes, ſed etiam poëtrias lyricas, cùm è laudata modo Praxilla, tum è Sapphone, Corinna & Erinna inter omnes liquet. Componebat etiam Charixena carmina, quæ ad pulſum inſtrumentorum canuntur; hinc proverbium apud Comicum in Eccleſiazuſis: NON ENIM HÆC SUB CHARIXENA SUNT. Sciendum vero, Erinnam laudatam fuiſſe Lesbiam vel Rhodiam, vel Teïam, vel Teliam, ex Telo, parva inſula, quæ Cnido eſt uicina. Poëtria autem erat, & ſcripſit poëma Ἠλακάτην, æolica & dorica lingua, verſibus trecentis. Erat amica Sapphus, & mortua eſt virgo. Ejus verſus judicati ſunt Homericis pares. Obiit annos undeviginti nata. Declarat etiam iſta, quæ dicta ſunt, hoc in illam Epigramma. vid. n. VI.

XII. *Erin-*

Agatharchum celebrem pictorem reſpiciat Poëta, cujus memoriam *Demoſthenes*, *Plutarchus*, *Harpocration* & *Suidas* conſervarunt, eruditiores diſpiciant; ſed hoc modo vox ἀυγὰν in αὐδὰν mutanda, & forſan Ἀγαθάρχε legendum eſſet, quæ tamen mihi non ſatis congrua videntur. Ill. *Steinheilius*.

(1) *Stephanus Byzantinus* περὶ πόλεων in Τῆνος.

(2) In veteri Alexandri Severi nummo circum tridentem Neptuni ſerpente obvolutum legitur: ΤΗΝΙΩΝ, quod ad ſerpentum multitudinem in hac inſula haud dubie pertinet, quam à Neptuno ſublatam *Heſychius Mileſius* in Originibus Byzantinis ſcribit. Hinc *Clemens Alex.* Admon ad Gentes p. 18. Φιλόχορος ἐν Τήνῳ Ποσειδῶνά φησι τιμᾶσθαι ἰατρόν. *Philochorus autem dicit Medicum in Teno coli Neptunum.* Τηνιακὸς poſſeſſivum hinc quoque formatur. In quo corrigendus *Apollonii Scholiaſtes* ad lib. I. v. 1300. ubi adducitur Æneſidamus ἐν Ταυριακοῖς pro Τηνιακοῖς. Nam in Teno Hercules Boreades ſuſtulit, ibique eorum ſepulchrum & columnæ viſebantur, ut canit paulo poſt *Apollonius*, & ejus Scholiaſtes explicat, uti & alius ad Epigrammata Græca d. l. *Holſtenius*.

(3) Τηνίων apud *Triſtanum* Tom. II. p. 411. ἐχῖνα dicta eſt. In nummis olim Tenii ſerpentem cuderunt. Nummus *Triſtani* addi poteſt. *Berkelius*.

(4) A Teno, urbe Laconica *Erinna* poëtria dicta eſt Tenia. Hujus urbis Laconicæ ſummum apud alios ſilentium; de poëtriæ Erinnæ patria non convenit inter Scriptores, ut videre eſt ex L. Greg. Gyraldi Hiſt. Poet. dial. 3. p. 169. *de Pinedo*.

(5) *Euſtathius* ad Ιλ. β. v. 726. p. 247, 25. ed. Baſil.

XII.

Ἤριννα (1). Τεΐα, ἢ Λεσβία (2)· ὡς δὲ ἄλλοι, Τηλία. Τῆλος δέ ἐστι νησίδιον ἐγγὺς Κνίδου. Τινὲς δὲ καὶ Ῥοδίαν αὐτὴν ἐδόξασαν. Ἦν δὲ ἐποποιός. Ἔγραψεν Ἠλακάτην. Ποίημα δέ ἐστιν αἰολικῇ καὶ δωρίδι διαλέκτῳ ἐπῶν τ΄. Ἐποίησε δὲ καὶ Ἐπιγράμματα. Τελευτᾷ δὲ παρθένος ἐννεακαιδεκέτις (3). Οἱ δὲ στίχοι αὐτῆς ἐκρίθησαν ἶσοι τοῖς Ὁμήρου. Ἦν δὲ ἑταίρα Σαπφοῦς, καὶ ἰσόχρονος (4).

XIII.

Ἤριννα (5) τὴν Λεσβίαν ἐχαλκούργησε Ναυκύδης. (6)

XIV.*

Ἠρίννας τῆς Λεσβίας
ᾠδὴ εἰς Ῥώμην. (7)

Χαῖρέ (8) μοι Ῥώμα θυγάτηρ (9) Ἄρηος (10)
Χρυσεομίτρα, (11) δαΐφρων (12) ἄνασσα,
Σεμνὸν ἃ ναίεις ἐπὶ γᾶς ὄλυμπον,
Αἰὲν ἄθραυστον. (13)

Σοὶ

(1) Suidas in Ἤριννα T. II. p. 75. ed. Cantabr.

(2) Eadem de Erinna habet *Euſtathius* ad Ιλ. β΄. p. 326, 327. ed. Rom. ut *Pearſonius* ad hunc locum recte notaverat. Videtur ergo *Euſtathius* vel ex Suida ſua deſcripſiſſe, vel ex eodem autore, ex quo & *Suidas* ſua hauſit. *Kuſterus.*

(3) Huc pertinent verba Epigrammatis in Erinnam, quod exſtat Anthol. I. (v. num. VI.)

(4) Vixit ergo circa Olymp. XLIV, ad quam *Euſebius* Sapphonem refert. *Kuſterus.*

(5) *Tatianus* in Orat. adv. Græcos ſect. 52. p. 113. ed. Oxon.

(6) Laudat eum *Plinius* lib. XXXIV. cap. 8. & *Pauſanias* haud ſemel in Corinth. & Eliacis. *Worth.*

Naucydes ſtatuarius floruit Olymp. XCV. conf. omnino *Franc. Junii* Opus de Pictura veterum, in Catal. Architect. p. 131.

(7) Exſtat in *Jo. Stobæi* Eclogis Eth. Serm. VII. de fortitudine p. 87. in Lyricis *H. Stephani* p. 402. *Commelini* p. 137. & Corpore Poëtarum Lyr. Genevenſi p. 135. *Hug. Grotii* Dictis Poëtarum, quæ apud Stobæum exſtant p. 49. *Juſti Lipſii* Opere de magnit. Rom. lib. I. cap. 2. p. 5. *Jul. Cæſar. Bulengeri* II. 5. de Imperio Rom. & *Caſp. Barthii* notis ad *Cl. Claudianum* p. 27

Erinna poëtria audienda eſt, quam vixiſſe oportuit, ut hoc carmen eſt, ſub Pompeji aut circiter ævum. Nam alioqui plures eo nomine fuiſſe, non debes neſcire. Ea igitur ad ipſam Romam: χαῖρε &c. *Lipſius* l. c.

Illud momentum habet, quod monitus à Viro doctiſſimo ſum, totum hoc carmen videri ſcriptum non in ipſam urbem Romam, ſed εἰς Ῥώμην, (nam Græca ambigua) id eſt, in *Valentiam* ſive *Fortitu-*

dinem,

XII.

Erinna Teïa, vel Lesbia, vel, ut alii, Telia. Telus vero eſt parva inſula prope Cnidum. Quidam etiam eam Rhodiam eſſe tradiderunt. Fuit Poëtria Epica, ſcripſitque Ἠλακάτην, quod eſt poëma æolica & dorica lingua ſcriptum, verſibus trecentis conſtans. Fecit etiam epigrammata. Obiit autem virago, XIX annos nata. Ejus verſus judicati ſunt Homericis pares. Fuit autem amica & æqualis *Sapphus.*

XIII.

Erinnae Lesbiae ſtatuam æneam fabricavit Naucydes.

XIV. *

Erinnæ Lesbiæ

Ode in laudem Fortitudinis.

Salve mihi Fortitudo, filia Martis
Aurea mitra decora, bellicoſa regina,
Quæ in terra auguſtum inhabitas olympum,
Semper infractum.

Tibi

dinem, quaſi Deam. Acutum eſt & argumentum habet, quod *Erinna* illa celebris vixerit circa *Sapphus* tempora, id eſt, Tarquinii Priſci, priuſquam Roma noſtra ſic magna & admiranda. Sed mihi tamen ſerio inſpicienti carmen in urbem & imperium noſtrum ſcriptum videtur: & plures Erinnas fuiſſe, quod in textu indicatum volui, indicio eſt diſſenſus in ejus patria, de quo *Suidas*. *Lipſius* in notis ad ed. 2. libri de Magn. Rom. p. 206.

Vel aliorſum vel plane nihil viderunt, qui luculentum hoc odarium de Robore ſive Vi aut Violentia ſcriptum ſuſpicari potuerunt. Quomodo enim ea Domina Terræ & Maris, quo titulo nec Martem ipſum indigitatum legere velis. Deinde ſi Dea eſt, ſive Valentia illa, ſive alio nomine nominanda, quam Poëtria celebret, quid Poetriæ cum Dea, quid Parcæ? an ſolum hoc numen Tempori exemtum cætera ſubjaceant? θυγάτερ Ἄρηος, victoriis omnes populos memorabiles obtinens, & ex hiſtoriis natalium ſcite vereque, (ut fabulæ poſſunt) ſic appellatur. χρυσεόμιτρε, quis neſcit auro inducta aut tincta ſaltem tecta Romanorum templorum, unde *aurea* tota Poëtis. Ὄλυμπον, notum dictum ſive dicterium, Romam Concilium Regum. Hæc Deos non ſine gratiis fecit; ſimilia apud *Dionyſium Alexandrinum, Oppianum, Epigrammatarios.* Αἰὲν ἀθραυστον, æterna urbs, *Imperium ſine fine dedi*, & hoc genus nota mille alia. Etiam Æneæ regnum ab Homero præſignitum huc pertinet perpetuum. Sic ſi ſingula exigantur, pene Romanis dictis compoſitum videbitur integrum carmen. *Barthius* in *Claudian.* p. 27.

.. Carmine *Erinnæ* ſane ego Romam urbem celebrari arbitror, quicquid opponant *Lipſio* eruditi, cum in contrarium argumenta minime ſint noſtris fortiora. *Barthius* Adverſ. XXX. 17. p. 1412

Apud *Stobæum* Serm. VII. habes oden Sapphicam ſub *Erinnæ* nomine in laudem *fortitudinis*, ut recte *Grotius* in metaphraſi ſua p. 48. non *in laudem urbis Romæ*, ut *Geſnerus Stobæi* interpres, *H. Stephanus* in Lyricis p. 403. & *Lipſius* lib. I. cap. 2. de Magnit. Romana. Cæterum à *Fulvio Urſino* Erinnæ reliquias colligente pag. 39, & p. 295. Ode illa prætermiſſa

termiſſa eſt, neſcio an quod illam Erinnæ non eſſe exiſtimaret. Cel. *Fabricius* Biblioth. Gr. Vol. I. p. 580.

Sapphica Erinnæ Oda in laudem fortitudinis apud *Stobæum* Serm. VII. exſtat, ut *Grotius* interpretatur in Metaphraſi. *In laudem urbis Romæ* eam conſcriptam putabant *Geſnerus*, *Stobæi* interpres, *H. Stephanus* in Lyricis p. 403. *Lipſius* in libro de magnitudine urbis Romæ l. 2. Quorum doctiſſimorum virorum non adeo penitus rejicienda ſententia eſt. Sane ipſe *Grotius* *Stobæum* quidem haud dubie putaviſſe agnoſcit, ῥώμην in eo carmine eſſe ἀνδρείαν, hinc factum enim, ut in ſermone de *fortitudine* illud referret. *At mihi tamen*, inquit, (in notis ad *Stobæi* Florileg.) *valde ſe probat eorum opinio, qui poſterioris ævi hoc poëma putant urbi Romæ dicatum. Certe verba omnia eam in rem quadrant.* Quæ cauſa haud dubie etiam fuit, cur in *Erinnæ* reliquiis ea à *Fulvio Urſino* prætermitterentur. *Olearius* diſſ. de Poëtr. p. 31.

Carmen hoc *Erinnæ* falſo tribui exiſtimo, cum Roma ejus ætate, quam alii ad Olymp. XLIV. alii ad CVI. rejiciunt, illud potentiæ & autoritatis faſtigium nondum fuerit aſſecuta. *Ill. Steinheilius.*

(8) In *Stobæi* vulgatis editionibus corrupta eſt Ode græca, & ejus verſus ſic diſtincti, ut nihil minus appareant, quam Sapphici. At vero ut hic eſt reſtituta, Sapphici ſunt omnes ſuis numeris conſtantes, ſi tantum in fine ſeptimi pro κράτος legas κάρτος. *H. Stephanus.*

In his carminibus miram poëseῶs licentiam animadvertunt, qui metrorum ſunt periti. In χρυσεόμιτρε τὸ ὁ ob liquidam μ producitur, τρε vero ποιητικώτατα præter morem. *Æm. Portus.*

Interpretatio *H. Stephani* in Lyricis.

Martis o proles mihi Roma ſalve,
Auream belli decorans coronam,
Quæ vel in terris ſtabiles Olympi
Incolis arces.

Hoc dedit ſoli tibi Parca munus,
Sceptra quod geſtas labefacta nunquam,
Imperatricis tua quo poteſtas
Cuncta gubernet.

Vinculis ponti ſinuoſa terga
Atque telluris validis coërces;
Et ſtatum ſervant, moderare quotquot
Oppida, firmum.

Ipſa quæ gaudet dare cuncta peſſum,
Resque transformans hominum vetuſtas,
Implet æternum tua ſola ventis
Regna ſecundis.

Namque præ cunctis ſobolem valentem
Procreas, bellis habilem; feraxque
Non Ceres ſpicis magis, ipſa quam ſis
Prole virorum.

Hug. Grotii in *Stobæi* Florilegio.

Martis o proles mihi Fortitudo
Auream ſalve redimita vittam,
Sancta quæ terram ſuper alta cœli
Templa tueris.

Nam tibi Parcæ tribuere ſoli
Sceptra non unquam peritura regni.
Imperî te vis decet & potentis
Flexus habenæ.

Tum tua adductis juga preſſa loris
Continent terræ ſola, continentqve
Spumeos fluctus: tibi tuta ſoli
Oppida parent.

Quæque res cunctas vaga fallit ætas,
Dum novis vitam variat figuris,
Semper ut regnes, tibi perſtat auras
Ferre ſecundas.

Tu paris bello ſobolem & negatum
Prælio vinci juvenile robur,
Ut boni eventus ſegetem reportes
Fruge virorum.

Juſti Lipſii de magnit. Romæ l. 2.

Filia o Martis, mihi, Roma, ſalve,
Aureo Regina decora cultu,
Quæ vel in terra ſtabiles Olympi
Incolis arces.

Nam

Nam dedit ſoli tibi cana Parca,
Regium ſceptrum, minime atterendum,
Ut potens rerum domineris una,
Imperiteſque.

Ad tuum currum, retinente freno,
Colla telluris tumidique Ponti
Illigas, & tu populos gubernas
Firma per ævum.

Ipſa quæ gaudet variare cuncta,
Resque transformans hominum, vetuſtas,
Spirat hæc uni tibi ſemper auram à
Puppe ſecundam.

Denique in cunctis populis valentem
Procreas bellis ſobolem, utque læta
Surgit è terra ſeges, ipſa abundas
Fruge virorum.

Caſp. Barthii in notis ad *Claudianum* p. 27.

Filia o Martis, mihi, Roma, ſalve,
Aureo pollens apice, Imperatrix,
Quæ ſacrum in terris habitas Olympum,
Sede perenni.

Maxima hoc uni tibi Parca donat
Regium æternum decus Imperanti,
Ut poteſtatem Dominæ potita,
Cuncta gubernes.

Tu tuis terras pelagusque habenis
Et jugo æternum valido coërces,
Quisque te victæ populus per orbem
Urbis adorat.

Cuncta percellens fuga te ævitatis
Excipit ſorti, variisque vitas
Differens ventis, tua regna neſcit
Tangere turba.

Sola magnorum genitrix virorum,
Filiis munis tua regna firmis.
Nec Ceres denſis tua vincat unquam
Germina ariſtis.

Hanc Oden integram *Erinnes* cum ſelectis Græcorum Poëtarum à ſe latine redditam promiſit *Jac. Wallius* p. 291. Poëmatum edit. Antverp. 1657. 12.

(9) Hæc vox ponitur pro puella aut virgine in Phalaridis epiſt. 142. de qua ſignificatione prolixe diſputarunt *Rich. Bentley* in Diſſert. upon the Epiſtles of Phalaris ed. 1699. p. 394. & p. 411. ſqq. & *Car. Boyle* in Dr. *Bentley*'s diſſertations examin'd p. 66. ſeq.

(10) Nominis Ἄρης varias origines recenſent *Euſtathius* ad Ιλ. β'. v. 797. pag. 263, 18. & ad Ιλ. ν'. v. 564. pag. 923, 14. *Gyraldus* Synt. X. de Hiſtoria Deorum p. 314. & *Clericus* in not. ad *Heſiodi* Theogon. v. 922. varias ſignificationes *Euſtathius* ad Ιλ. β'. v. 778. pag. 259, 11. ad Ιλ. ἑ. v. 289. pag. 416, 10. & *Plutarchus* de aud. Poëtis T. II. Opp. p. 23. B. varias flexiones *Euſtathius* ad Ιλ. σ'. v. 100. pag. 1180, 42.

Pro verſu melius, χρυσέη μίτρα diviſim; etſi aliquis fortaſſe ob liquidam illud excuſet. Quod autem ſequitur, de *incolatu Olympi in ipſa terra*, id vero pulchre ad ſplendorem & decorem urbis Romæ refertur, quæ fuit velut cœlum in terris. Et eſt affatus ad ipſam *Romam* ut Divam, & quæ urbem eam templum aut ſedem haberet. *Lipſius* in notis ad ed. I. libri laud.

(11) Eſt cognomen Bacchi in *Antholog.* I. 38. epigr. 11. v. 23. & Dianæ in *Oppiani* Cyneg. II. v. 2. *Athenæus* IV. p. 130. B. Ἐρυμάνθειοι τῷ ὄντι σύαγροι κατὰ πινάκων τετραγώνων χρυσομίτρων σιγύναις ἀργυραῖς διαπεπερονημένοι περιεφέροντο ἑκάστῳ. *Apri revera Erymanthei cuique circumferebantur in quadratis lancibus auro præcinctis, argenteis jaculis transfixi.*

(12) Exponitur in *Schol. min.* ad Ιλ. β'. v. 23. πολεμικὸν φρόνημα ἔχων. & ad Od. α'. v. 48. πολεμόφρων, δαῒς γὰρ ἡ μάχη. in Man. *Moſchopuli* Schol. ad Ιλ. β'. v. 23. δαΐφρων, ὁ συνετὰ δεδιδαγμένος παρὰ τὸ δαῆναι, τὸ διδαχθῆναι, καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ ἡ δαΐφρων. ---- δαΐφρονι Πηνελοπείῃ. φασὶ δὲ δηλοῦν τὸ ὄνομα καὶ τὸν ἐπιστήμονα τῶν πολεμικῶν ἀπὸ τοῦ δαῒς, ἡ μάχη, δοκεῖ δὲ τοῦτο ψεῦδος. ἡ γὰρ ἂν, ἐφ' οἷς τοῦτο δηλοῦν φασι, μακρὰν εἶχε τὴν κατὰ τὴν ἀρχὴν συλλαβήν· ὡς τὸ δαΐα παρὰ Σοφοκλεῖ· (Ajac. Flag. v. 799.)

Ὦ δαΐα Τέκμησσα, δύσμορον γένος.

Σοὶ μόνᾳ πρεσβίστα (14) δέδωκε Μοῖρα
Κῦδος ἀῤῥήκτω βασιλῆον (15) ἀρχᾶς,
Ὄφρα κοιρανῆον ἔχοισα κάρτος
Ἁγεμονεύῃς. (16)

Σᾷ δ᾽ ὑπὸ σδεύγλᾳ (17) κρατερῶν λεπάδνων, (18)
Στέρνα (19) γαίας καὶ πολιᾶς (20) θαλάσσας
Σφίγγεται· σὺ δ᾽ ἀσφαλέως κυβερνᾷς
Ἄστεα λαῶν.

Πάντα

ὃ ἀπὸ τοῦ δαΐος γίνεται, καὶ δηλοῖ τὴν ἀπὸ τοῦ πολεμίου ληφθεῖσαν· νῦν δὲ οὐδέποτ᾽ ἂν εὕροι τις τοῦτο μακρὰν αὐτὴν ἔχον. in *Scholiis* MSS. Biblioth. Acad. Lipſ. ad h. l. συνετὸς περὶ τὸ δαῆναι, ὡς δαΐφρονι Πηνελοπείῃ, ἐπὶ δὲ Τυδέως, πολεμικός. In Scholiis ad *Æſchyli* Septem contra Thebas v. 924. δαΐφρων δὲ, οὐκ ἐπὶ τοῖς κακοῖς χαίρων. conf. etiam *Euſtath.* ad Ιλ. ά. p. 34, 50. Ιλ. λ΄. p. 799, 21. & Od. ά. p. 17, 31. *Heſychium* in δαΐφρων & *Etymologicon M.* p. 245, 3. Utitur hac voce præter *Homerum* & *Heſiodum*, *Pimdarus* Pyth. IX. v. 148. de Alcmena, *Apollonius* Argon. I. v. 560. de Tiphyo, *Nonnus* Dionyſ. XIII. v. 225. de virginitate; apud *Coluthum* v. 362. legitur δαϊφροσύνῃσιν ὀνείρων. Addere lubet *Epigramma* ineditum in honorem Theodoſii Imp. num. 633. Cod. *Uffenbach.*

Πάντα μὲν Αἰακίδαο φέρεις ἀειδείκετα ἔργα,
Νοσφὶ λοχαίου ἔρωτος· ὀϊστεύεις δ᾽ ἅτε Τεῦκρος,
Ἀλλ᾽ οὔ τοι νόθον ἦμαρ· ἔχεις δ᾽ ἐεικυδέα μορφὴν
Τὴν Ἀγαμεμνονίην, ἀλλ᾽ οὐ φρένας οἴνος ὀρίνει.
Ἐυπινυτὴν (ἐυπινυτὸν vel ἐυπινύτῳ) δ᾽ Ὀδυσῆϊ
δαΐφρονι πᾶν σε ἐΐσκω,
Ἀλλὰ κακῶν ἀπάνευθε δόλων. Πυλίου δὲ γέροντος
Ἶσον ἀποστάζεις, βασιλεῦ, μελιηδέα φωνὴν,
Πεὶν (an? πλὴν) χρόνον ἀθρήσεις τετράτης ψαύοντα γενέθλης.

Omnia quidem Æacidæ oſtendis opera incluta,
Sine molli amore; jacularis veluti Teucer,
Sed tibi non eſt vita ærumnoſa, præditus es forma egregia,
Ut Agamemnon; ſed vinum mentem non turbat.
Te prudentiſſimum Ulyſſi aſtuto prorſus comparo,
Aſt ſine dolis malis: Pylii autem ſenis
Similem ſtillas, o Rex, jucundam vocem,
Attamen videbis tempus, quod quartam generationem attingit.

(13) *Euripides* Cyclop. v. 291. Ἱερὸς τ᾽ ἄθραυστος Ταινάρου μένει λιμήν. *Sacerque & inviolatus manet ei Tænari portus.* Juſtitia in hymno *Orphei* v. 5. p. 160. ed. Eſchenb. dicitur ἄθραυστος τὸ συνειδός.

(14) Maxime veneranda, à πρέσβις fit πρεσβίων, πρέσβιστος, quæ ποιητικώτερα à πρέσβυς, πρεσβύτερος, πρεσβύτατος, ὁ τιμιώτατος καὶ σεμνότατος, καὶ τοῦτο διὰ τὸ πρεσβυγενὲς, καὶ πρεσβεῖον τὸ τοῖς πρεσβυτέροις ἤγουν ἐντιμοτέροις διδόμενον δῶρον, ὃ καὶ γέρας. Hic vero δωρικῶς τὸ ά correptum quod alias ex ή mutatum producitur. Idem in voce νύμφα factum videmus. Δεῦρ᾽ ἴθι νύμφα φίλη. *Homerus* (Ιλ. γ΄ v. 130.) Conſule *Euſtathium*. Sed quid mirum, ſi Dorienſes in ſingulari nominativo nominum ſecundæ declin. ſimpl. hoc faciant, cum & in accuſ. ſingul. τὸ αν & in plur. τὸ ας corripiant. *Theocrit.* Idyl. V. v. 64.

Αἰ λῆς, τὸν δρυτόμον βωστρήσομες, ὃς τὰς ἐρείκας
Τήνας τὰς περὶ τὶν ξυλοχίσδεται.

Si vis, lignorum ſectorem vocemus, qui ericas
Illas apud te findit.

Idem Idyll. VII. v. 87.

Ὡς

Tibi ſoli veneranda Parca largita eſt
Gloriam regalem firmiſſimi imperii,
Ut præpotens habens imperium,
Ducem agas.

Tuo autem ſub jugo, quæ habent fortia lora,
Pectora terræ & cani maris
Conſtringuntur; tu autem tuto gubernas
Urbes populorum.

Omnia

Ὡς τοι ἐγὼν ἐνόμευον ἂν ὤρεα τὰς καλὰς αἶγας.

Tibi enim paſcerem in montibus pulcras capellas. Æm. Portus.

(15) In metiendo verſu κρᾶσις facienda βασιλῆον ἀρχᾶς, ſic in ſequenti κοιρανήϊον quaſi dicas κοιρανῆον. Hic το α producitur ut & in κρατος, quod alioqui corripitur. *Homerus* Ιλ. β'. v. 204.

Ουκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔςω.

Non bonum eſt multorum principatus, unus princeps eſto. Æm. Portus.

(16) Ἡγεμονεύειν & ἡγεμῶνα de Præfectis & Proconſulibus Provinciarum ab Autoribus uſurpari probat Ill. *Spanhemius* de præſtantia Numiſm T. II. diſſ. 13. p. 596.

(17) Æolice pro ζεύγλα. *Scholia Apollonii* Argon. III. v. 232. τοῦ ζυγοῦ τὰ ἐπὶ τοὺς αὐχένας τῶν βοῶν ἐπιτιθέμενα, οἱ μὲν ζεύγλας, οἱ δὲ μέσσαβα λέγουσι. *Heſychius*: ζεύγλη, ζυγὸς, ἢ τὸ ἄκρον τοῦ ζυγοῦ, καθ' ὃ ἐντίθησι τοὺς τραχήλους τὰ ζῶα. *Etymol. M.* Ζεύγλη τὸ ἄκρον τοῦ ζυγοῦ, καθ' ὃ ἐντίθενται τοὺς τραχήλους τὰ ζῶα· ἢ τὸ τοῦ τραχήλου μέρος, καθ' ὃ ὁ ζυγός· ἀπὸ τοῦ ζεύξω.

(18) *Scholia min.* Homeri ad Ιλ. έ. v. 730. λέπαδνα· τὰ περὶ τὰ ςήθη τῶν ἵππων, οἱ ἱμάντες. & ad Ιλ. τ'. v. 393. οἱ ὑποτραχήλιοι ἱμάντες, οἱ μασχαλιςῆρες. *Euſtathius* ad. h. l. pag. 456, 3. cum quo prorſus conſentiunt *Scholia MS. Lipſ.* λέπαδνα κυρίως, πλατεῖς ἱμάντες, οἷς ἀναδεσμοῦνται οἱ τράχηλοι τῶν ἵππων πρὸς τὸν ζυγόν· παρὰ τὸ λέπω τὸ λεπίζω, λέπανον, ὡς ξέω ξόανον, καὶ κόπτω, κόπανον, καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ λέπαδνον· τινὲς δὲ λέπαδνα τοὺς μασχαλιςῆράς φασιν. conf. idem ad Ιλ. τ'. v. 393. p. 1259, 22. & Ιλ. φ'. p. 1337, 51. *Photii* Lexicon MS. λέπαδνα· οἱ μασχαλιςῆρες τῶν ἵππων. *Pollux* I. 10. ſect. 147. τὰ ἀπὸ τῶν ῥυμῶν ἀπηρτημένα, τὰ ὑπὸ τοὺς αὐχένας τῶν ἵππων ἑλιττόμενα, λέπαδνα· ὧν τὰ ἄκρα, λεπαδνιςῆρες, τὰ δὲ ὑπὸ τοὺς ὤμους τῶν ἵππων μασχαλιςῆρες. *Quæ à temone extenſa ſub equorum collis conſtringuntur baltei, quorum extremitates, lepadniſteres ſunt, ſed quæ equorum ſubtenduntur ſcapulis antilenæ.* *Schol. Ariſtoph.* Equit. v. 765. οἱ ςηθιαῖοι λῶροι, ἢ οἱ μασχαλιςῆρες τῶν ἵππων. Adde *Scholia Æſchyli* ad Perſ. v. 191. *Heſychium* in λεπάδια, *Suidam* & Etymolog. in λέπαδνα.. Legitur etiam hæc vox in *Nonni* Dionyſ. I. v. 217. & *Anthol.* IV. 7. epigr. 36.

(19) Στέρνα γῆς exponunt de locis campeſtribus & planis, uti αὐχένας de locis anguſtis *Euſtathius* ad Ιλ. β'. v. 644. pag. 233. ſq. *Scholia Sophoclis* in Oedip. Colon. v. 723. & *Suidas* in Στέρνα χθονὸς καὶ νῶτα χθονός.

(20) Mare dicitur album à ſpuma, ſumta metaphora ab albo & cano capite ſenis. Vid. plura in *Lamb. Bos* Obſervationibus Miſcellaneis cap. 29. p. 128.

Πάντα δὲ σφάλλων ὁ μέγιστος αἰών, (21)
Καὶ μεταπλάσσων βίον ἄλλοτ' ἄλλως,
Σοὶ μόνᾳ πλησίστιον (22) οὖρον (23) ἀρχᾶς
Οὐ μεταβάλλῃ.

Ἦ γὰρ ἐκ πάντων σὺ μόνα κρατίστους
Ἄνδρας αἰχματὰς μεγάλως λοχεύεις,
Εὔσταχυν (24) Δάματρος ὅπως συνοίσῃς (25)
Καρπὸν ἀπ' ἀνδρῶν.

XV. *

Τῆς αὐτῆς,
εἰς Βαυκίδα τὴν Μιτυληναίαν,
Ἠρίννης δὲ συνεταιρίδα. (1)

Στᾶλαι (2) καὶ Σειρῆνες (3) ἐμαὶ, καὶ πένθιμε κρωσσὲ,
Ὅστις ἔχεις Ἀΐδα τὰν ὀλίγαν σποδιάν. (4)

Τοῖς

(21) Tempore omnia mutari & conſumi teſtantur *Antoninus* de rebus ſuis III. 1. *Anthologia* I. 90. epigr. 2. *Seneca* Conſol. ad Polyb. & alii plures.

(22) Πλησίστιος ἄνεμος ὁ πληρῶν τὸ ἱστίον ſeu τὸ ἄρμενον. *Homerus* Od. λ'. v. 7. & Od. μ. v. 149. Ἴκμενον οὖρον ἵει πλησίστιον. *Secundum ventum immiſit implentem vela.* *Heſychius* in πλησίστιον· τὸν ἄνεμον πληροῦντα τὸ ἱστίον.

(23) Οὖρος, ἐπιτήδειος καιρός. *Scholia Sophoclis* ad Philoct. v. 869. Ἴκμενον οὖρον. ἢ τὸν ὑγρὸν λέγει παρὰ τὴν ἰκμάδα, ὃ καὶ ἀρέσκει τοῖς παλαιοῖς, ἐπείπερ ἀλλαχοῦ ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων φησὶν, ἢ τὸν φορὸν, καὶ εἰς τὸ ἱκέσθαι ἐπιτήδειον, ὡς οἱονεὶ ἱκόμενον· οὖρον δὲ, τὸν εὔδιον, ὡς δι' αὐτοῦ ὀρούειν, ὅ ἐστιν ὁρμᾶν τὴν ναῦν· ἀφ' οὗ καὶ ὁ ἐξ οὐρίας πλοῦς ἤγουν ὁ ἐκ πνοῆς εὐδιεινῆς, ὃ καὶ πληθυντικῶς λέγεται, ἐξ οὐρίων, ἤγουν ἐξ εὐδιεινῶν πνευμάτων, ἐκεῖθεν καὶ οὐρίσαι, τὸ ἀποκαταστῆναι εἰς οὖρον, ὥς φασιν οἱ παλαιοί· καὶ κατουρίζειν ῥῆμα τραγικῶς. *Euſtath.* ad Od. β'. v. 420. pag. 105, 44. Οὔριος, ἐπιτήδειος ἐπιδέξιος ἄνεμος. *Heſychius* & *Photius* in Lexico MS. quod locis veterum confirmat *Suidas*. Inde locutiones: κατ' οὖρον φέρεσθαι in *Phalaridis* Epiſt. 146. κατ' οὖρον ἐμπνεύεσθαι in *Euripidis* Androm. v. 554. οὔριοι πνοιαὶ in Ej. Troad. v. 882. οὔριος δρόμος in Ej. Hercule Fur. v. 95. ναῦς οὐρίῳ διωκομένη πνεύματι καὶ πᾶσι τοῖς ἱστίοις εὐτρεπιζομένη in *Sexti Empir.* lib. adv. Phyſ. ſect. 27. οὐρίῳ καὶ πομπίμῳ πνεύματι in *Juliani* Epiſt. 60. p. 447. C. ἐξ οὐρίας φέρεσθαι in *Libanii* declam. I. p. 197 D. πλεῖν ἐξ οὐρίων in Ejuſd. Orat. 27. p. 611. A. ἐξ οὐρίας πνευμάτων πρὸς τὸν ἀληθῆ δρόμον ἐτυχεῖν in *Maximi Tyrii* diſſ. 15. p. 158. Lubet etiam proferre epigramma ineditum *Meleagri* num. 57. Cod. *Uffenb.*

Οὔριος ἐμπνεύσας ναύταις νότος, ὦ δυσέρωτες,
Ἥμισύ μευ ψυχᾶς ἅρπασεν Ἀνδράγαθον
Τρὶς μάκαρες νᾶες, τρὶς δ' ὄλβια κύματα πόντου,
Τετράκις δ' εὐδαίμων παιδοφορῶν (an? παῖδα φορῶν) ἄνεμος.

Εἴθ'

Omnia autem quod labefactat maximum tempus,
Et immutat vitam variis vicibus rerum,
Tibi ſoli ſecundum ventum imperii
Non mutet.

Certe enim tu ſola fortiſſimos ex omnibus
Viros bellatores egregie paris,
Fœcundum Cereris ut comportes
Fructum à viris.

XV.*

Ejuſdem,
in Baucydem Mitylenæam,
Erinnæ ſodalem.

Sirenes ſtelæque meæ, & tu flebilis urna,
Subductos oculis, quæ tegis hic cineres;

Si

Hæc obſcura ſunt & difficilia; an forte legendum: Δούρατος ὥστ' ἐφ' ἵπποι κατὰ μὲν βρεμόμενοι? ordo verborum ſit: ὥστ' ἵπποι ἐπὶ δούρατος μὲν καταβρεμόμενοι· quæ verti poſſunt; *ut equi quidem in haſtam cum fremitu irruentes*; ἐπὶ cum caſu patrio ſæpe motum indicat; hunc autem exprimit βρεμόμενοι & καταβρεμόμενοι recte acceptum; de equis generoſis res eſt perquam nota; hiſce aſſimilat *Corinna* iſtos urbis everſores. Πόλιν δ' ἐπράθομεν cum ſuperioribus arcte cohærent, & copulari debent una; verbum autem præter alia abeſt, cui ἐπράθομεν faciem obvertebat, id certum ac perſpicuum. Ipſe verſus primus prolixior eſt, ut vides, & hunc alterum cum duobus ſequentibus magnitudine ſua ſuperat longe: ſi in duos verſiculos divideretur, uterque ſibi ſatis ſimilis eſſet:

Δούρατος ὥστ' ἐφ' ἵπποι
Κατὰ μὲν βρεμόμενοι·

nec ita à ceteris diſcreparent, ſed hoc incertum eſt, & definire nolo. Editores primam in βρεμόμενοι corripiunt, perperam certe, nam eſt producenda abſque dubio. Quare ſi verſiculus ſecundus ab iſta voce inciperet, ionicus à minore ibi adhibitus fuiſſet pro antiſpaſto, ſicuti in primo adhibetur pro antiſpaſto choriambus. Sed alii videant, ut nos etiam diligentius faciemus aliquando. *Pauw.*

Mihi certe fit veroſimile, Poëtriam alludere ad equum Durium vel Durateum ex hiſtoria Trojana notiſſimum, de quo conſulere licet *Palæphatum* cap. 17. *Homerum* Odyſſ. θ. v. 493. & v. 512. *Ariſtophanem* in Avib. v. 1128. *Euripidem* Troad. v. 10 ſqq. *Athenæum* lib. XIII. p. 610. *Anthologiam* II. 23. epigr. I. *Dionem Chryſoſt.* orat. XI. p. 160. C. *Pauſaniam* in Atticis l. 23. p. 55. & in Lacon. III. 13. p. 239. *Clementem Alex.* Strom II. 20. p. 488. *Agatharchidem* de mari rubro Tom. I. Geogr. Min. *Hudſoni* p. 9. *Cointum Smyrn.* lib. XII. v. 37. *Apoſtolium* Proverb. cent. XVI. n. 41. *Cedrenum* p. 108, 30. ed. Baſil. *Heſychium* in Βαινακίδα. *Lucretium* I. v. 477. *Senecam* in Agamemn. v. 626. *Servium* ad Æn. II. v. 150. & *Hyginum* fab. 108.

(5) An Προφανὴς nomen proprium eſt, ut Γλυκοῦ, & vertendum hoc: *Prophanes vero aliquis Glyci cantans?* Hoc verum forte; niſi potius Γλυκῷ legendum eſt, ut προφανὴς ſit vox communis, & verba ſignificent: *aliquis vero publice cantans Glyco* & in honorem Glyci; res eſt incerta, alii videant. Mihi fere diſplicet πελίκεσι δονεῖται. de uno tali. Viſne ſuſpicionem? dicam, quamvis levior ſit ipſa aura; fors *Corinna* dederat: Προφανὴς γλυκὺς δέ τις ἀγκὼν πελίκεσι

 λίκεσι

V.

Πομπίλε (1) ναύτῃσιν πέμπων πλόον εὔπλοον (2) ἰχθῦς,
Πομπεύσῃς (3) πρύμναθεν ἐμὰν ἀδεῖαν ἑταῖραν.

VI.

Ἐι μὴ (4) ἄρα καὶ ἡ Καρία Φοινίκη ἐκαλεῖτο, ὡς παρὰ Κορίννῃ καὶ Βακχυλίδῃ ἐςὶν εὑρεῖν.

VII.

Ταναγραῖοι (5) οἰκιςὴν σφισι Ποίμανδρον γενέσθαι λέγουσι, Χαιρησίλεω παῖδα, τοῦ Ἰασίου, τοῦ Ἐλευθῆρος· τοῦτον δ᾽ Ἀπόλλωνός τε καὶ Αἰθούσσης (6) εἶναι τοῦ Ποσειδῶνος. Ποίμανδρον δὲ γυναῖκά φασιν ἀγαγέσθαι Τάναγραν θυγατέρα Αἰόλου. Κορίννῃ δέ ἐςιν ἐς αὐτὴν πεποιημένα, Ἀσωποῦ παῖδα εἶναι.

VIII.

Ἡ δὲ (7) Κόριννα καὶ διδαχθῆναί φησι τὸν Ἀπόλλω ὑπ᾽ Ἀθηνᾶς αὐλεῖν.

IX.

Θέσπεια, (8) πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος· (9) Θέσπειαν Γραίαν τε - - - - Θεσπιάδου κλίσμα, (10) τοῦ Τέυθραντος, τοῦ Πανδίονος· Γράφεται καὶ διὰ τοῦ ἰ, καὶ ἐκλείνεται καὶ συςέλλεται παρὰ Κορίννῃ.

Ὠγύ-

λέκεσι δονεῖται. Locus infamis propter luxuriam dicitur γλυκὺς ἀγκὼν, vid. *Athen.* XII. cap. 3. Talis voluptatum cloaca fuerat urbs illa, quam hic everſam legimus, & quidem περιφανὴς, id eſt, publice & in omnium oculis. Fateor hæc ſuſpicio mihi lenocinatur, quia ſic ſententia optima eſt, & locus omni ſcrupulo caret. Nomen Γλυκὸς ignotum mihi iſta forma: quam facile id enaſci potuit ex γλυκὺς? quid autem ἄδων? nonne ſimile eſt τῷ ἀγκὼν, ſi ductus literarum implicitos conſideres? Certe facillima eſt utriuſque vocis depravatio, & ſi conjectura noſtra non ſit vera, ſaltem ſimilis eſt vero: id ego blanditiis ejus pellectus affirmare non erubeſco. *Pauw.*

(6) Legerim omnino addito ν πελέκεσιν, metrum alias laborat. Hac ratione etiam legit hunc verſiculum Scholiaſtes, licet apud eum corrupte exſtet πελέκεσσι· Ita vero eum legiſſe inde conſtat, quod ſcribat, ἀντίσπαστος ἔχων λελυμένην τὴν μίαν μακρὰν. *Arnaud* Spec. Animadvv. cap. 27. p. 152.

(1) *Athenæus* lib. VII. p. 283. D. Κόριννα τὲ, ἢ ὁ πεποιηκὼς τὸ εἰς αὐτὴν ἀναφερόμενον ποιημάτιον Πομπίλε κ. τ. λ. Πομπίλος nomen accepit παρὰ τῆς πομπῆς à deductione vel transvectione. Pompilum enim hominem fuiſſe aiunt, πορθμέα, *portitorem*, ut *Ælianus* tradit, vel ut *Athenæo* placet, θαλασσουργὸν *piſcatorem*, qui ab Apolline, quod Ocyrhoën nympham tranſjeciſſet, in nominis ſui piſcem immutatus ſit. *Oppianus* putat eum ſic dictum eſſe, quod navigantes in alto mari ad continentem uſque comitetur. Vocatur etiam πομφύλος & ἱερὸς ἰχθὺς, atque à *Plinio* inter thunnos refertur. Conf. de illo *Ælianum* de Anim. II. 15. & XV. 23. *Athenæum* lib. VII. p. 282 ſq. *Oppianum* Halieut. I. v. 186. ſqq. *Nonnum* Dionyſ. VI. v. 295. & XXXIX. v. 332.

V.

Pompile piſcis, qui nautis felicem curſum immittis,
Deducas à puppe meam ſuavem amicam.

VI.

Niſi forte Caria Phœnice vocata eſt, ut apud Corinnam & Bacchylidem legimus.

VII.

Tanagræi urbis ſuæ primordia Pœmandro Chæreſilai filio, Iaſii nepoti, Eleutheris pronepoti, accepta referunt; & Eleutherem quidem ex Apolline & Æthuſa Neptuni filia genitum dicunt; Poemandrum ipſum in matrimonio habuiſſe Tanagram Æoli filiam. Corinna autem verſibus mandavit, Æſopi illam fuiſſe.

VIII.

Corinna è Minerva didiciſſe tibiis canere Apollinem ait.

IX.

Theſpia urbs Bœotiæ, de qua *Homerus:* Theſpiam Græamque ---- A Theſpiade condita, qui fuit filius Teuthrantis, nepos Pandionis. Scribitur quoque per iota, & producitur & corripitur apud *Corinnen.*

Thebæ

332. *Plinium* Hiſt. nat. IX. 20. & *Ovidium* Halieut. v. 101.

(2) Proſperæ navigationis index ac comes es. *Dalechamp.*

Εὔπλοια memoratur in *Plutarchi* libro: Stoicos quam Poetas abſurdiora dicere. T. II. Opp. p. 1057. E: εὐπλοίη in *Anthologiæ* lib. III. cap. 22. epigr. 38. εὐπλοεῖν in *Luciani* dial. Charontis & Merc. T. I. Opp. p. 282. & in Cataplo ib. p. 436. *Achilles Tatius* lib. II. p. 133. ἦν. πολλή τις εὐχή· θεοὺς σωτῆρας καλοῦντες, εὐφημοῦντες ἄριστον τὸν πλοῦν γενέσθαι.

(3) *Athenæi* Edd. πομπεύσας, *qui deduxiſti.*

(4) *Athenæus* lib. IV. p. 174. F.

(5) *Pauſanias* lib. IX. in Bœoticis cap. 20. p. 748.

(6) Quidam malunt Ἀιθέσης, forma participii. Poteſt tamen & altera ſcriptio defendi, ut ab αἶθος ſic derivetur Ἀιθοῦσσα. quemadmodum Σκοτοῦσσα à σκότος, contracto όεσσα in οῦσσα per craſin. *Sylburg.*

(7) *Plutarchus* de Muſica, Tom. II. Opp. p. 1136. B.

(8) *Stephanus Byzantinus* in Θίσπεια.

(9) Hemiſtychium illud invenitur Ιλ. β'. v. 498. ad quem locum *Euſtathius:* ἡ δὲ Θίσπεια ἡ πρὸς τῷ Ἑλικῶνι ἔκειτο νοτιωτέρα αὐτοῦ. *Theſpia autem ad Heliconem ſita erat auſtralior ipſo.* Id videtur *Euſtathius* ex *Pauſania* tranſcripſiſſe. Sic enim ille lib. IX. (cap. 26. p. 761.) Θίσπεια ὑπὸ τὸ ὄρος τὸν Ἑλικῶνα ὤκισαι. *Theſpia infra montem Heliconem condita fuit.* Ex hac urbe fuiſſe Glyceram meretricem,

X.

Ὠγύγιαι (1) Θῆβαι ἀπὸ Ὠγυγίου τοῦ βασιλεύσαντος αὐτῶν. Κόριννα δὲ τὸν Ὤγυγον (2) Βοιωτοῦ υἱὸν εἶπεν· ἀπὸ τούτου δὲ καὶ ὠγύγιαι τῶν Θηβῶν πύλαι.

XI.

Ἀγοράζειν, (3) ἐν ἀγορᾷ διατρίβειν· (4) ἀττικῶς· ὅθεν καὶ ἡ Κόριννα ἐπὶ τοῦ Πινδάρου ἀττικίζει· (5) ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ Παρθενίων ἐχρήσατο τῇ λέξει.

XII.

Κορίννης (6) ἣ μόνη δὴ ἐν Τανάγρᾳ ᾄσματα ἐποίησε, ταύτης ἐστὶ μὲν μνῆμα ἐν περιφανεῖ τῆς πόλεως· ἔστι δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ γραφὴ, ταινίᾳ τὴν κεφαλὴν ἡ Κόριννα ἀναδουμένη τῆς νίκης εἵνεκα, ἣ Πίνδαρον ᾄσματι ἐνίκησεν ἐν Θήβαις· Φαίνεταί δέ μοι νικῆσαι τῆς διαλέκτου τε εἵνεκα, ὅτι ᾖδεν οὐ τῇ φωνῇ τῇ Δωρίδι, ὥσπερ ὁ Πίνδαρος, ἀλλὰ, ὁποῖα συνήσειν ἔμελλον Αἰολεῖς· καὶ (7) ὅτι ἦν γυναικῶν τότε ἤδη (8) καλλίστη τὸ εἶδος, εἴ τις ἔτι εἰκόνι δεῖ τεκμαίρεσθαι.

Ἡ

cem, quam alii *Glycerium* alii *Phrynen* vocant, refe- runt ſcriptores, ac inter eos *Strabo* lib. IX. p. 410. quæ in hac urbe dedicavit Cupidinem illum decantatum, à Praxitele ſculptum, ac ſibi dono datum, cujus videndi cauſa initio proficiſcebantur Theſpias; cum ibi nihil aliud eſſet ſpectatu dignum, ut inquit *Strabo* libro cit. quod etiam teſtatur *Cicero* Accuſ. in C. Verrem lib. IV. de Signis orat. IX. *Idem opinor artifex ejuſdem modi Cupidinem fecit illum, qui eſt Theſpiis, propter quem Theſpiæ viſuntur. Nam alia viſendi cauſa nulla eſt.* Quem Cupidinem à Cajo Rom. Imperatore è ſede ſua amotum Theſpienſibus remiſiſſe Claudium, ac Neronem iterum Romam reportaſſe, ubi igne conſumtum fuiſſe prodidit *Pauſanias* in Bœoticis. Fuit autem Phryne Theſpienſis adeo dives, ut inquit Herodicus apud *Athenæum* lib. XIII. p. 591 ut Thebarum mœnia ſe ſtructuram polliceretur, ſi adſcriberetur: Alexandrum diruiſſe, Phrynem vero meretricem refeciſſe; pro qua cum Hyperides orator orationem feciſſet, & jam manifeſtum eſſet calculis judicum, utpote capitalis criminis ream, condemnandam eſſe, eam in apertum produxit, diciſſis tuniculis pectoreque nudato; ac poſtrema orationis parte illius conſpecta pulchritudine, ita peroravit, ut tanquam miniſtram ſacerdotemque Veneris judices religione capti & miſericordia commoti liberam eam dimiſerint; plebiſcito deinde ſancitum eſt, ne qui cauſas reorum dicerent, commiſerationem excitarent, ac ne quis reus coram judicibus ſententiam pronunciaturis ſiſteretur, ut refert *Athenæus* l. c. *Pinedo.*

(10) Theſpiam Boeotiæ urbem à Theſpiade conditam fuiſſe inquit *Stephanus*, ſed ſine auctore. *Pauſanias* vero lib. IX. cap. 26. vel à Theſpia Aſopi filia vel à Theſpio Erechthei filio nomen ei inditum fuiſſe tradit. *Pinedo.*

(1) *Scholiaſtes Apollonii Rhodii* Argonaut III. v. 1177.

(2) Ogyges ſ. Ogygus fuit filius Neptuni & Aliſtræ teſte *Tzetze* ad *Lycophronem* v. 1206. vel Termeræ, teſte *Stephano* in Ὠγυγία. Vixiſſe illum tempore Moſis tradunt *Juſtinus M.* in cohort. ad Græcos p. 7, 36. Opp. ed. Commel. *Julius Africanus* apud *Euſeb.* Chron. lib. I. & de Præpar. Evang. 10. p. 489.

X.

Thebæ Ogygiæ, ab Ogygio, qui in illa urbe regnavit. *Corinna* autem Ogygum Bœoti filium dixit. Ab hoc quoque dictæ ſunt Thebarum portæ Ogygiæ.

XI.

Ἀγοράζειν ſignificat in foro verſari, attice; unde quoque *Corinna* ad *Pindarum* atticiſſat; quoniam etiam ipſe (Pindarus) in primo Partheniorum uſus eſt illa locutione.

XII.

Corinnæ hujus, quæ ſola apud Tanagræos cantica fecit, in celebri urbis loco eſt monumentum: in gymnaſio ipſa picta eſt, tænia redimita: victoriæ illud inſigne, quod Thebis carmine Pindarum vicerit. Viciſſe eam arbitror linguæ cauſa; neque enim Dorica, uti *Pindarus*, cecinit, ſed ea, quam eſſent facile Æolenſes percepturi. Quod autem ea fuerit ſui temporis fœminarum formoſiſſima, non eſt difficile ex ipſius imagine conjicere.

Corinna

p. 489. B. Ex Athenienſium regibus primus omnium fuiſſe fertur v. *Euſeb.* Chron. lib. I. p. 27. 26. Ab illo Ægyptus, Bœotia, Lycia & Attica dicta eſt Ogygia v. *Stephanum Byz.* in Αἴγυπτος, Βοιωτία & Ὠγυγία, & *Strabonem* lib. IX. p. 407. conf. de illo *Pauſaniam* lib. IX. in Bœot. cap. 5. *Tzetzem* ad *Lycophr.* v. 1206. & Interpretes *Statii* ad Theb. I. v. 173. Ὠγύγιον paſſim pro veteri uſurpari antiquorum autorum locis probat Ill. *Spanhem.* in *Callimachi* hymnum in Jovem v. 14. quibus adde *Æſchylum* Sept. ad Theb. v. 327. *Phil. Judæum* de ſacrif. Abelis & Caini p. 143. B. Opp ed. Francof *Antholog.* III. 25. epigr. 58. & lib. V. epigr 68. *Ælianum* de Animal. XVI. 5. *Heſychium*, *Suidam* & *Etymol. M.* in Ὤγυγος, atque *Euſtathium* ad Odyſſ. ά p. 23. 18. Ὠγύγια κακὰ ſignificant mala ingentia & gravia, v. *Suidam* & Adagiorum Scriptores. *Heliodorus* Æthiop. X. p. 493. hominem ſtaturæ ingentis ὠγύγιον ἄνθρωπον appellat. *Clericus* ad *Heſiodi* Theogon. v. 806. Στυγὸς ἄφθιτον ὕδωρ ὠγύγιον explicat aquam amaram, quia apprime quadrat in exitialem effectum hujus aquæ potæ ex Phœnicia lingua, in qua עגג ſignificavit, ut apud Arabas, *amaram reddidit aquam*

(3) *Scholiaſtes Ariſtophanis* ad Acharn. v. 720.

(4) Hic ſenſus verbi ἀγοράζειν retinetur apud *Xenoph.* de Rep. Lacedæm. pag. 684. A. ed. Wechel. & apud *Lucian.* in Toxar. T. II. Opp. p. 71.

(5) *Ariſtophanis* edd. ὅθεν καὶ ἡ Κόριννά ἐστι τῷ Πινδάρῳ ἀττικίζει· Eſt locus corruptiſſimus, ad quem emendandum melioribus codicibus opus erit. *Kuſterus.*

(6) *Pauſanias* in Bœoticis lib. IX. cap. 22. pag. 753.

(7) Deinde etiam illi victoriam in eo certamine adjudicatam arbitror, *quoniam* omnibus *ejus temporis mulieribus formæ elegantia præſtitit, ſi qua ex imagine petenda eſt conjectura.* Sylburg.

(8) Leg. ὅτι τότε ἤδη καλλίστη τὸ εἶδος, quia illa mulieres ſui temporis pulchritudine formæ ſuperabat. *Kuhn.*

XIII.

Ἡ Κόριννα (1) τὸν Πίνδαρον, ὄντα νέον ἔτι καὶ τῇ λογιότητι σοβαρῶς χρώμενον ἐνουθέτησεν, ὡς ἄμουσον ὄντα καὶ μὴ ποιοῦντα μύθους, ὃ τῆς ποιητικῆς ἔργον εἶναι συμβέβηκε. Γλῶσσαι (2) δὲ καὶ καταχρήσεις καὶ μεταφράσεις καὶ μέλη καὶ ῥυθμοὺς ἡδύσματα τοῖς πράγμασιν ὑποτίθεται. Σφόδρα οὖν ὁ Πίνδαρος ἐπιστήσας τοῖς λεγομένοις ἐποίησεν ἐκεῖνο τὸ μέλος·

Ἰσμηνὸν ἢ χρυσηλάκατον Μελίαν,
Ἢ Κάδμον ἢ Σπαρτῶν ἱερὸν γένος ἀνδρῶν (3)
Ἢ τὸ πάνυ (4) σθένος Ἡρακλέους ἦτλαν (5):

Δειξαμένου δὲ τῇ Κορίννῃ, γελάσασα ἐκείνη, τῇ χειρὶ δεῖν ἔφη σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ. Τῷ γὰρ ὄντι συγκεράσας καὶ συμφορήσας πανσπερμίαν τινὰ μύθων ὁ Πίνδαρος εἰς τὸ μέλος ἐξέχεεν.

XIV.

Πίνδαρος [6] ὁ ποιητὴς ἀγωνιζόμενος ἐν Θήβαις, ἀμαθέσι περιπεσὼν ἀκροαταῖς, ἡττήθη Κορίννης [7] πεντάκις. Ἐλέγχων δὲ τὴν ἀμουσίαν αὐτῶν ὁ Πίνδαρος, σῦν ἐκάλει [8] τὴν Κόριναν.

Κό-

(1) *Plutarchus* de gloria Athenienſium, T. II. Opp. p. 347. ſq.

(2) Apud *Urſinum* exſtat γλῶσσαν & in margine *Plutarchi* T. I. 619, 25. ed. gr. Stephan. inter libros *Voſſianos* Biblioth. Lugduno-Batavæ à Cl. Meziriaco ſcriptum eſt γλώσσας hoc ſenſu: *elocutiones autem, figuras, interpretationes, cantilenas & carminis modos ſuavitates rebus ſubminiſtrat.*

(3) *Lucianus:* Σπαρτῶν ἱερὸν γένος, qui omittit ἀνδρῶν. *Urſinus:* Σπαρτῶν γένος ἀνδρῶν.

(4) *Lucianus:* Ἢ τὸ πάντολμον. *Meziriacus:* ἢ τὸ τοῦ πάνυ.

(5) *Meziriacus:* Ἢ τὰν recte, ut liquet ex *Luciani* encomio Demoſthenis T. II. Opp. p. 693. ubi his Pindari verſibus duo alii adduntur:

Ἢ τὰν Διονύσου πολυγαθέα τιμὰν,
Ἢ γάμον λευκωλένου Ἁρμονίας ὑμνήσομεν;

An Bacchi multum lætificantem honorem,
An nuptias Harmoniæ albas ulnas habentis canam?

[6] *Ælianus.* Var. Hiſtor. XIII. 25.

[7] Fuit hæc nobilis apud Tanagræos Poëtria. Porro de re ipſa *Pauſanias* in Bœot. (num. XII.) vide etiam *Plutarchum* de gloria Ath. (num. XIII,) *Scheffer.*

Tanagræ vixit & Poëticam exercuit, & ideo poſt mortem

XIII.

Corinna Pindarum juvenem adhuc & audacius eloquentia utentem monuit, eſſe eum artis muſicæ rudem, quod nullas fabulas ſcriptis inſereret, quod Poëtæ eſſet officium: cum elocutio & figuræ ornatusque & cantilena ac carminis modus tantum eo afferantur, ut rebus propoſitis ſuavitatem concilient. Huic admonitioni *Pindarus* cum animum perattente advertiſſet, carmen ſcripſit, cujus eſt initium:

Iſmenumne, an aureis utentem fuſis Meliam,
Aut Cadmum, aut Spartorum ſacrorum genus virorum,
Aut Herculis omnia ſuperantis vim canam.

Cumque id *Corinnæ* exhibuiſſet, ridens ea, manu, inquit, ſerendum eſt, non toto ſacco. Vere enim congeſta omnis generis fabularum ſemina promiſcue in illam Odam *Pindarus* confudit.

XIV.

Pindarus Poëta Thebis certans, quum in imperitos incidiſſet auditores, ſuperatus eſt à *Corinna* quinquies. Redarguens vero ruditatem ipſorum *Pindarus*, ſuem vocavit *Corinnam*.

Corinna

mortem ſuam honorata eſt iſtic, teſte *Pauſania* in Bœot. (num. XII.) monumento & pictura. Ab ea non victus tantum eſt *Pindarus*, ſed & juvenis ipſe illius conſiliis in carminibus rectè pangendis eſt uſus. Vide *Plutarchum* in lib. Utrum Athenienſes bello an ſapientia clariores (num. XIII.) *Perizon.*

[8] *Pindarus*, ut eſt apud *Ælianum* lib. XIII. V. H. quinquies cum *Corinna* nobili Poetria & apud cives gratioſa ſtultos Thebis nactus auditores, cauſa cecidit. Quorum arguens *Pindarus* inſcitiam συνεκάλει τὴν Κόρινναν, ſic enim legitur, nec ullo modo aut addi quidquam aut mutari lectio debet, ſententiaque eſt cum perſpicua tum elegans, & gravitate tanti viri digna. Συγκαλέω autem præter alias notiones ſignificat etiam appello & provoco. *Endoplorato*, (inquit Gloſſarium vetus) συγκάλεσον· & alibi: *Provocat:* προσκαλεῖται, ἐπικαλεῖται. Hæc verbi vis non animadverſa nonnullis cauſam præbuit corrumpendi locum, qui per vim furcillis ejecta voce naturali & cauſæ locique propria adulterinam abſurdamque ſubſtituentes pro Corinna χορώνην ſenſu ineleganti ruſtico & contumelioſo legunt. Alii Κόρινναν ſervantes anteponunt vocem ὗν, ſic legentes, συνεκάλει ὗν Κόρινναν, *appellabat ſuem Corinnam*. Sed non tam amens & præceps fuit *Pindarus*, ut juſtam vincibilemque (ut Terentiano verbo utor) cauſam ipſe non modo ſuæ facultatis conſcius, ſed etiam æquus æſtimator virtutis æmulæ adverſariæque ſuæ, deteriorem faceret intemperantia impotentis iracundiæ & contumelioſo convicio, nullum ullius feſtivi ſaltique leporis honeſtum & ingenuo doctoque viro dignum aculeum habente. *Mattius* III. 29. Opinionum in *Gaud. Roberti* T. IV. Miſcell. p. 517 ſq.

Loco συνεκάλει Ill. *Scaliger* ad locos controverſos

XV.

Κόριννα, [1] Ἀχελοδώρου [2] καὶ Προκρατίας, Θηβαία ἢ Ταναγραία, μαθήτρια Μύρτιδος. ἐπωνόμαστο δὲ Μυῖα· Λυρική· ἐνίκησε δὲ πεντάκις, ὡς λόγος, Πίνδαρον. Ἔγραψε [3] βιβλία πέντε, καὶ Ἐπιγράμματα καὶ νόμους λυρικούς· [4]

Κορίννα Θεσβία, Λυρική· οἱ δὲ Κορινθίαν εἰρήκασι. Ἔγραψε νόμους λυρικούς.

Κορίννα νεωτέρα, Θηβαία, Λυρικὴ, ἣ καὶ Μυῖα κληθεῖσα.

Λυ-

Titii pag. 107. & ſeq. ed. Pariſ. legit: ὗν ἐκάλει, etiam *Livinejus*. Rev. Parens in ſchedis: σῦν ἐκάλει. Ego cum præſtantiſſimo *Iſ. Voſſio* cenſeo nihil mutandum. Συνεκάλει eſt quod gallice dicimus, *il en appella à Corinne*, i. e. ipſam Corinnam judicem conſtituit *Colomeſ.* ad *Urſini* poëtr. p. 48.

Livinejus putat ὗν ἐκάλει legendum eſſe pro συνεκάλει, & conſentit *Schottus* lib. III. obſervv. Hiſt. cap. 34. Aliter *Rob. Titius*. Verba ejus ſunt ex lib. 5. Loc. Contr. cap. 17. *Quid tandem eſt, quod dicitur,* ὁ Πίνδαρος συνεκάλει τὴν Κόριννανʼ *ego puto pro* Κόριννα*ν legendum eſſe* κορώνην, *vel ſaltem hanc vocem poſt illam in verborum contextu collocari debere hoc ſenſu: tantum abeſt, ut Corinnam in carminum conficiendorum artificio me ſuperet, canendique artem melius me teneat, ut ſi mecum conferatur, perinde ſit, ac ſi quis cornicem cum cygno contendat. Notum eſt autem proverbium: cornix cum cygno.* At *Pet. Faber* lib. III. Agon. cap. 26. retinet ſcripturam veterem, & ait ſic intelligendam: cum judicum ſeu auditorum imperitiam & ruditatem eſſet reprehenſurus *Pindarus*, in conſpectu *Corinnæ* victricis hoc feciſſe, cui nimirum ejus rei gratia condixiſſet: quod ait idcirco ab Æliano fortean annotatum, ut non vulgarem *Pindari* de ſuis ipſius meritis exiſtimationem, conſcientiam imo & confidentiam, qui coram victrice judicum ignorantiam ipſis exprobrabat, oſtenderet. *Schefferus*.

Dividatur male juncta vox συνεκάλει, legaturque σῦν ἐκάλει & res erit in vado. Exprobratur enim judicibus craſſa ignorantia, dum Corinnam σῦν Βοιωτίαν *ſuem Bœoticam*, i. e. *rudem & inficetam* Pindaricæ Minervæ prætulerunt. Alluſum eſt ſimul ad ἀρχαῖον ὄνειδος, Βοιωτίαν ὗν, *antiquum convitium, Bœoticam ſuem*, ut ipſe *Pindarus* inquit in Olymp. Od. 6. ἦν ὅτε σύας Βοιώτιον ἔθνος ἔνεπον, ὁ Πίνδαρός φησι, καὶ πάλιν ὁ αὐτός· εἰ φύγωμεν Βοιωτίαν ὗν, ἀξιῶν ὅλου σχεδὸν ἔθνους τὸν ἐπʼ ἀμαθίᾳ λόγον ἀπολύεσθαι διὰ τὴν ἑαυτοῦ μουσικήν. *Erat cum ſues Bœoticam nationem dicerent, Pindarus inquit, & iterum idem ille: ut fugiamus ſuem Bœoticam: totam fere gentem ſua arte muſica liberare volens ignorantiæ vitio. Galenus* in *Protreptico ad artes*, aut quiſquis illius libelli auctor; adde συηνίαν idem eſſe quod ἀμαθίαν, συηνεῖν, ἀμαθῶς ἀναστρέφεσθαι, *imperite ſe gerere.* Sunt quidem, qui defendunt τὸ συνεκάλει. vide poſt *Mattium* cimelia *Colomeſii* p. 25. ſed nondum probarunt συγκαλεῖν Græcis ſignificare, *judicem conſtituere*, ὅπερ ἔδει δεῖξαι· Cæterum Corinnæ hujus fragmentum ex MS. libello *Apollonii Alexandrini* producitur, ubi illa ita βοιωτιάζει: Μέμφομαι ἰώνγα τὰν λιγουρὰν Μυρτίδα, ὅτι βάνα (*Heſychius* legit βάννα) φοῦσα ἔβα Πινδάροιο ποτʼ ἔριν. *Increpo ego tinnulam Myrtida, quod mulier nata in certamen cum Pindaro deſcendit. Quibus aut ſuis ipſa cruribus aſciam allidit Corinna, aut victoriam ab imperitis judicibus nolenti obtruſam neceſſe eſt.* Kuhnius.

Defendunt lectionem συνεκάλει τὴν Κόριννα*ν* Pet. Faber Agoniſt. III. 26. & Colomeſius Κειμηλ. lit. cap. II. ſed quæſitiſſimis ac diverſis interpretantur modis. Et hic quidem συγκαλεῖν exponit *judicem conſtituere*, quaſi *convocare aliquem*, ſimpliciter ita poſitum, idem ſit, quod capere aliquem injuriæ ſibi factæ arbitrum. *Faber* vero ita hæc accipit, quaſi *Pindarus*, quum vellet *reprehendere Judicum imperitiam, in conſpectu*

XV.

Corinna, Achelodori & Procratiæ filia, Thebana vel Tanagræa, diſcipula *Myrtidis*, Myia cognominata: Lyrica. Quinquies, ut ferunt, *Pindarum* vicit. Scripſit (carminum) libros V. itemque Epigrammata, & cantica lyrica.

Corinna Theſpia, Lyrica; quam alii Corinthiam fuiſſe dixerunt. Scripſit Nomos Lyricos.

Corinna junior, Thebana, Lyrica, quæ & Mya vocata fuit.

Ly-

ſpectu Corinnæ victricis id fecerit, cui ejus rei gratia condixerat, h. e. diem conſtituerat. At nullam illa habent vel ſpeciem niſi etiam ἔλεγχον hic interpreteris de publica oratione, qua auditorum ſuorum imperitiam declaravit, & ad quam audiendam vocaverit etiam *Corinnam*. Sed ſimpliciſſimum ac veriſſimum eſt, vel quod voluerunt *Scaliger* adverſus *Rob. Titium*, & *Livinejus* apud *Schottum* Obſervv. III. 33. legentes ὗν ἐκάλει, vel quod *Kuhnius* hic loci, diviſo tantum vocabulo, σῦν ἐκάλει. Quod ipſum, ne me admiſiſſe ægre feras, diſerte ita exhibet *Sluisk.* & ex Regiis Par. A. & C. Dum autem *Corinnam Pindarus* appellavit *ſuem*, inſcitiam ejus arguit, & ſimul ac vel maxime inſcitiam judicum vel auditorum, qui ſuem ſuæ vel Muſæ vel Minervæ prætulerint. Notum eſt illud, ὗς τὴν Ἀθηνᾶν, *Sus Minervam*, hoc eſt, indoctus doctiſſimum docet, corrigit, ſuperat. Sic Demades de Demoſthene, Δημοσθένης ἐμὲ βούλεται διορθοῦν, ἢ ὗς τὴν Ἀθηνᾶν. *Demoſthenes me vult corrigere, Sus Minervam*, apud *Plutarchum* in Præceptis Politicis. Sed & Bœotorum inſcitia notata fuit adagio hoc ὗς Βοιωτία, de cujus adagii opprobrio vide ipſum *Pindar.* Olymp. VI. 152. & ibi *Scholia*. *Perizonius.*

Pindarus ægerrime iſtud judicium tulit, atque ſi fides *Æliano*, judicum refellens ἀμουσίαν, ipſam quidem Corinnam, ſi recte de *Æliani* loco judicarunt Viri docti, σῦν *ſuem* appellavit. At indignum videtur Poëtarum Lyricorum Principe, omnisque venuſtatis parente, illud in feminam forma pariter ac ingenio conſpicuam convitium. Malim igitur in depravata Æliani lectione veſtigia quærere, & origines ejus nominis, quod Corinnæ hæſiſſe *Suidas* teſtatur, Μυῖαν appellatam docens, h. e. Muſcam, pro quo Muſam appellatam dicit Gerh. Jo. Voſſius de Poëtis Græcis in *Corinna*; an typographi vitio, an quod μοῦσαν pro μυίᾳ apud *Suidam* legendum putaret, incertum: ejus interea autoritatem ſecutus videtur *Tanaqu. Faber* in Abregé de la vie des Poëtes Grecs p. 67. Nempe *Muſcam* dictam Poëtriam noſtram à ſtyli tenuitate recte viri docti ſunt ſuſpicati, ut *aquilas* dicere grandiſonos Scriptores more receptum eſt, eoque reſpexiſſe *Statium* Sylv. V. 3. v. 158. patet: *tenuisque arcana Corinnæ* dicentem. Imo à grandiloquentia *Pindari* cum maxime Corinnam diſſidentem oſtendit Hiſtoria *Plutarchi*. (num. XIII.) *Olearius* in diſſ. de Poëtriis n. 20. p. 22.

[1] Suidas in Κόριννα.

[2] In prioribus editionibus inter voces Κόριννα & Ἀχελοδώρου hæc interjecta ſunt: Λυρική. ἐνίκησε δὲ πεντάκις. Sed verba iſta tanquam ſupervacanea delere non dubitavi, tum quia in MSS. Pariſ. deſunt, tum quia hoc ipſo loco paulo poſt repetuntur. *Kuſterus.*

[3] De ſcriptis *Corinnæ* vide *Meurſium* in *Bibliotheca Græca*, qui tamen omiſit ejus Παρθένια, quorum mentionem fecit Enarrator *Comici* ad *Acharnenſ.* p. 406. (num. XI.) Præterea *Corinnam* abſque nomine operis laudat *Euſtathius* ad *Homerum* p. 266, 824, 1654. quod itidem a Meurſio obſervatum non fuit. *Idem.*

[4] Portus: *leges lyricas.* Inepte prorſus. Νόμοι enim λυρικοὶ erant cantica vel carmina, quæ ad lyram canebantur; ut docte oſtendit *Salmaſius* ad Julium Capitol. p. 264. quem conſule. *Idem.*

XVI.

Λυρικοὶ [1] ὀνομαστοὶ, δέκα· Στησίχορος, Βακχυλίδης, Ἴβυκος, Ἀνακρέων, Πίνδαρος, Σιμωνίδης, Ἀλκμὰν, Ἀλκαῖος, Σαπφὼ καὶ Κόριννα.

XVII.

Κορίννης [2] δημιουργός ἐστὶ Σιλανίων. [3]

XVIII. *

Καὶ [4] γὰρ δὴ καὶ ἡ Βοιωτία, χωρίον μὲν ἀμαθίας εἶναι ἐδόκει· καὶ ὗν τινα, οἶμαι, Βοιωτίαν [5] ἐκάλουν, εἰς ἀπαιδευσίαν τὸ φῦλον ἐπισκώπτοντες· ἀλλ' ὅμως Πίνδαρος, καὶ Κόριννα, καὶ Ἡσίοδος οὐκ ἐμολύνθησαν τῆς ὑός.

XIX. *

Ἱστορεῖ [6] Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ'. καὶ Κόριννα.

XX. *

Ἱστορεῖ [7] Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων δ'. καὶ Κόριννα Ἑτεροίων α'.

XXI. *

Τόνθων, [8] παρὰ Κορίννῃ, ἐπὶ νωτιαίου κρέως τὸ ὄνομα.

XXII. *

Ψίεθος, (9) μιερὸς, (10) ὕελος, (11) ἁμαρτάνουσιν οἱ διὰ τοῦ ε λέγοντες· ἀδόκιμον γάρ· καὶ ἁ Κόριννα τὸν ὑάλινον παῖδα θήσεις. (12)

XXIII. *

Θέσπια (13) καὶ Θεσπιαὶ (14) ἡ αὐτή· φησὶ δὲ ὁ τῶν ἐθνικῶν συγγραφεὺς, (15) καὶ

[1] *Iſaacus Tzetzes* in προλεγομένοις ad Lycophronem, de variis Poëtarum generibus.

[2] *Tatianus* in Orat. ad Græcos §. 52. pag. 114. ed. *Worthi.*

[3] Vide de illo *Franc. Junii* Catalogum Statuariorum & Sapphus Fragmenta p. 122. not. 2.

[4] *Themiſtius* Orat. 27. p. 334. B. ed. Hard.

[5] Affertur à *Suida* parœmia: Βοιωτία ὗς· ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων καὶ ἀπαιδεύτων. Parœmiæ originem narrat abunde *Pindari Scholiaſtes* in Olymp. & ex eo *Eraſmus* Chil. I. cent. 10. *Harduin.*

[6] *Antoninus Liberalis* Metamorphoſ. cap. 10.

[7] *Antoninus Liber.* ibid. cap. 25.

[8] *Heſychius* in Τόνθων.

(9) *Phrynichus* in Ecloga dictionum attic. pag. 54. Ψίαθος. *Plutarchus, Laertius.* Hoeſchel.

Voca-

XVI.

Lyrici clari ſunt decem: Steſichorus, Bacchylides, Ibycus, Anacreon, Pindarus, Simonides, Alcman, Alcæus, Sappho & Corinna.

XVII.

Corinnæ ſtatuam fabricavit Silanion.

XVIII. *

Nam & Bœotia inſcitiæ locus aliquando habitus ſuit, & ſuem Bœoticam neſcio quam vocabant, ſcommate illo opinor in nationis imperitiam ludentes. Attamen *Pindarus* & *Corinna* & *Heſiodus* ſuis illa nota minime contaminati fuerunt.

XIX. *

Narrat *Nicander* Tranſmutatorum quarto & *Corinna.*

XX. *

Narrat *Nicander* Tranſmutatorum quarto & *Corinna* Alteratorum primo.

XXI. *

Τόνθων, apud *Corinnam*, de carne ad dorſum pertinente eſt nomen.

XXII. *

Ψίεθος, teges, μιερὸς, pravus, ὕελος, vitrum ; Errant, qui cum έ enunciant; inuſitatum enim eſt, καὶ ἁ Κόριννα, inquit, τὸν ὑάλινον παῖδα θήσεις, & *Corinna vitreum* puerum facies.

XXIII. *

Theſpia & Theſpiæ eſt eadem urbs. Ait autem nominum gentilitiorum Auctor,

Vocabulo ψίαθος utuntur *Ariſtophanes* in Ranis v. 575. ubi conf. *Scholia* & Ill. *Spanhemii* notas, *Athenæus* X. pag. 420. *Diogenes Laërtius* II. ſegm. 139. *Dioſcorides* de materia medica lib. I. cap. 55. & *Autor Geoponic.* IX. 19.

(10) Μιαρὸς, *Ariſtophanes, Plato, Lucianus.* Hoeſchel.

(11) Ὕελος apud *Heſychium* & *Suidam* ſcribitur cum ί, *Scholiaſtes Ariſtophanis* ſcribit, hoc nomen ignotum fuiſſe *Homero* & veteribus, ac pro eo τὸ ἤλεκτρον adhibuiſſe, præterea fœmininum, & cum α, atticum eſſe. *Euſtathius* item cum α atticum eſſe prodidit, atque his conſentit *Etymologiſtes.* Nunneſius.

Ὕελος, ἡ, *Lucianus, Diodorus Sic. Clemens Alexandr. Chryſoſtomus.* ὕαλος, ἡ, *Lucianus, Philo,* unde ὑαλοῦν ποτήριον, *Xiphilinus:* ἐκπώματα ὑαλᾶ. *Lucianus.* ὑάλινος, *Idem.* Hoeſchel.

(12) Si ἡ Κόριννα legeretur, eſſet locus *Corinnæ*, de qua ſatis multa *Fulvius Urſinus* in feminis Lyricis illuſtribus; ſed quia legitur ἀκόριννα, ſuſpicandum, locum

καὶ ὅτι τὸ Θέσπια καὶ ἐκλείνεται καὶ συςέλλεται παρὰ Κορίννῃ· σοφὴ δὲ τὴν ποίησιν ἡ Κόριννα· καὶ ὅτι κλίσμα ἐςὶν ἡ Θέσπια Θεσπιάδυ.

XXIV. *

Ἱςορεῖ (1) δὲ καὶ (ὁ Γεωγράφος) (2) πόλιν αἰολικὴν ἔιναι τὴν ἀνωτέρω λεχθεῖσαν Μύρινναν, τὴν ὁμώνυμον τῇ ἐν τῷ τρωικῷ πεδίῳ κειμένῃ Μυρίννῃ· ἥτις ἐν ἁπλότητι μὲν γράφεται τοῦ ῥ, διπλόην δὲ ἔχει τοῦ ν, κατὰ τὸ Ἤριννα καὶ Κόριννα, ἀπεναντίας τῇ μυῤῥίνῃ τῷ δένδρῳ· αὐτὴ γὰρ μονάζει μὲν τὸ ν, διπλάζει δὲ τὸ ῥ, διὰ τὴν μυθικὴν μύῤῥαν.

XXV. *

Φασὶν (3) οἱ παλαιοὶ, ὡς οἱ Ταραντῖνοι τὰ εἰς ζῶ λήγοντα ῥήματα βαρύτονα διὰ δύο σίγμα προφέρυσιν· οἷον σαλπίζω σαλπίσσω, λακτίζω λακτίσσω, φράζω φράσσω· ὅπερ ἡ Κόριννα φράττω λέγει βοιωτικῶς.

XXVI. *

Λέγει (4) δὲ Ἡρακλείδης καὶ, ὅτι Ταραντίνων τὰ εἰς ζω λήγοντα βαρύτονα ῥήματα, ὧν ὁ παρακείμενος καὶ ὑπερσυντελικὸς διὰ τοῦ κ' ἐκφέρονται, φραζόντων ἐν δυσὶ σ'. οἷον σαλπίζω σαλπίσσω, λακτίζω λακτίσσω, ὅυτω δὲ καὶ φράζω φράσσω, τὸ λέγω· ἐκεῖθεν Κόριννα ἡ μελοποιὸς φράττω ἔφη ἐν δυσὶ τ' βοιωτικῶς.

XXVII. *

Οἱ (5) Ταρεντῖνοι τὰ εἰς ζω λήγοντα ῥήματα βαρύτονα διὰ δύο σίγματα προφέρυσιν, οἷον σαλπίζω σαλπίσσω, φράζω φράσσω, ὅπερ ἡ Κόριννα φράττω λέγει ποιητικῶς ἢ ὡς (6) βοιωτικῶς.

XXVIII. *

Μέμφομαι (7) δὲ καὶ λιγουρὰν Μυρτίδα ἰώνγα, ὅτι βάνα φοῦσα ἔβα Πινδάροιο

cum eſſe alterius, qui increpet Corinnam, ſive ſit aliqua melica, ſive alia, quod factura eſſet filium vitreum, niſi quis velit *κόεıννα πεϱσηγοειкòν*, & valere *formoſa*, ex verbo *κοείννυσι* apud *Heſychium*; ſed primum probabilius. *Nunneſius.*

(13) *Euſtathius* ad Ιλ. β'. v. 509. pag. 201, 34. ed. Baſ.

(14) Urbem hanc Bœotiæ deſcribunt & commemorant *Pauſanias* in Bœoticis lib. IX. cap. 26 ſq. *Strabo* lib. IX. pag. 403. & p. 410. *Stephanus Byz.* in Θέσπεια, *Dicæarchus* Tom. II. Geogr. minor. *Hudſoni* p. 18. *Herodotus* VIII. 50. *Demoſthenes* in Orat. de ope ferenda Megapolit. p. 86. A. *Polyænus* Stratag. II. 1. ſegm. 11. & II. 5. ſegm. 2. *Julianus* Orat. II. p. 54. *Anthologia* IV. 12. epigr. 15. &. VI. 9. epigr. 4. *Cicero* lib. IV. in Verrem cap. 60. *Plinius* IV. 7. *Arnobius* lib. VI. adverſus Gentes pag. 198 ſq. & *Sidonius* Apollin. IV. ep. 15. De nummis

ctor, Theſpiam & produci & corripi apud *Corinnam*, quæ fuit Poëſeos bene perita; nec non Theſpiam conditam eſſe à Theſpiade.

XXIV. *

Narrat etiam (Geographus) Myrinnam ſupra commemoratam eſſe urbem æolicam, quæ nomine conveniat cum Myrinna, urbe in campo Trojano ſita; illa ſcribitur per ſimplex ῥ, ſed per duo ν, quemadmodum nomina Erinna & Corinna, quod contrarium eſt μυῤῥίνῃ myrto arbori; iſta enim vox habet unum ν & duo ῥ propter fabuloſam Myrrham.

XXV. *

Dicunt veteres, Tarentinos verba in ζω deſinentia barytona per duo ſigmata proferre; ſicut σαλπίζω σαλπίσσω, λακτίζω λακτίσσω, φράζω φράσσω· quod *Corinna* bœotice φράττω dicit.

XXVI. *

Dicit etiam *Heraclides*, Tarentinos verba in ζω deſinentia barytona, quorum perfectum & pluſquamperfectum per κ exprimuntur, per duo ſigmata proferre; velut σαλπίζω σαλπίσσω, λακτίζω λακτίσσω, ſic etiam φράζω φράσσω, quod ſignificat dico; inde *Corinna* Poëtria dixit φράττω per duo τ bœotice.

XXVII. *

Tarentini verba in ζω deſinentia barytona per duo ſigmata proferunt, velut σαλπίζω σαλπίσσω, φράζω φράσσω, quod *Corinna* φράττω dicit poëtice vel tanquam bœotice.

XXVIII. *

Succenſeo etiam ego ſuaviloquæ *Myrtidi*, quod mulier nata cum ſit, auſa eſt deſcen-

mis Theſpiorum conf. *Harduini* nummos populorum & urbium in Θεσπιέων, & *Begeri* Theſaurum Brandenburg. T. I. p. 475.

(15) *Stephanus Byz.* vid. num. IX.

(1) *Euſtathius* ad Ιλ. β. v. 825. pag. 266, 20. ed. Baſil.

(2) *Strabo* lib. XIII. Geogr. p. 622 ſq.

(3) *Euſtathius* ad Ιλ. κ. v. 572. p. 751, 13. ed. Baſ.

(4) *Euſtathius* ad Odyſſ. κ. v. 192. pag. 391, 21. ed. Baſ.

(5) *Scholia MSS.* ad Ιλ. κ. v. 572. quæ é Codice Bibliothecæ Acad. Lipſ. *Steph. Berglerus* deſcripſit.

(6) MS. ἦως. Apud *Euſtathium* non eſt ποιητικῶς ἦως, recte. *Berglerus.*

δάροιο (1) ποτ' ἔριν. Καὶ ἔτι· Ἰῶγα οὐδ' (2) ἡρώων ἀρετᾶς (3) χείρω ἀδων.

XXIX. *

Ἡ (4) ἐμοῦς κοινὴ οὖσα Συρακουσίων καὶ Βοιωτῶν, καθὸ καὶ Κόριννα καὶ Ἐπίχαρμος ἐχρήσαντο.

XXX. *

Καὶ (5) ἔτι Κόριννα· περὶ τεοῦς Ἑρμῆς ποτ' ἄρ' ἐυ ἀπονητὶ * (6)

XXXI. *

Ἑοῦς (7) αὕτη ἀκόλουθος Δωρικὴ τῇ τεοῦς, ᾗ συνεχῶς καὶ Κόριννα ἐχρήσατο ἐν Καταπλῳ.

Νίκασον (8) μεγαλοσθενὴς, ὦ ἀρείων,
Χῶραν τὰν ἑοῦς (9) πᾶσαν ὠνυμένην. (10)

XXXII. *

Τίθεται (11) [τὸ τὶν] παρὰ Κορίννῃ καὶ ἐπ' αἰτιατικῆς ἐν Καταπλῳ

Ὀυ γὰρ τὶν ὁ φθονερὸς Δαίμων. *

ἀντὶ τοῦ σὲ.

XXXIII *

Ὄυμες (12) δὲ κομισθέντες * Κόριννα ἐπτ' ἐπὶ Θήβαις.

XXXIV. *

Ὀυμείων (13) Βοιωτοί. Τὸ δέ τις ὀυμείων (14) ἀκουσάτω· Κόριννα.

Πή-

(7) Excerpta *Spanhemiana* ex Grammatica MSta *Apollonii Dyſcoli* in Biblioth. Regia Pariſ. ἐν τῷ περὶ τῆς ἐγὼ καὶ ἔγωγε.

Inveniebam nuper hæc verba *Corinnæ* citari ab *Apollonio* in libro *de Pronominibus* : Μέμφομαι ἰῶνγα τὰν λιγουρὰν, Μυρτίδα μέμφομαι, ὅτι βάνα φοῦσα ἔβα Πινδάροιο ποτ' ἔειν. Quantivis pretii hoc fragmentum etiam ad hiſtoriam. Vides hoc nomine argui *Myrtidem* Poëtriam à *Corinna*, quod mulier nata deſcenderit in certamen cum Pindaro. Atqui *Ælianus* & ceteri antiquorum de *Corinna* hoc ipſum tradunt. Notat & *Heſychius* βάννα vel βᾶνα ex ætolica (leg. æolica) lingua eſſe mulierem. *Salmaſius* lib. I. Epiſt. 14. ad *Voſſium*.

Servatis iiſdem verbis & eodem modo conſtructis ἑλληνικά pro æolicis reddi poſſunt hoc modo : Μέμφομαι ἐγώγε τὴν λιγυρὰν Μυρτίδα, ὅτι γυνὴ φῦσα ἔβη Πινδάρου πρὸς ἔειν. *Salmaſius* de Helleniſtica p. 77.

Difficile eſt dictu, quid faciendum ſit verbis Corinnæ ab Apollonio Alexandrino productis, quibus illa Myrti-

deſcendere in certamen cum Pindaro. Atque etiam: Ego, neque heroum virtute deteriora canens.

XXIX. *

Vox ἐμοῦς eſt generis communis Syracuſanis & Bœotiis, quemadmodum etiam *Corinna* & *Epicharmus* uſurparunt.

XXX. *

Atque etiam *Corinna:* de te Mercurius aliquando bene ſine labore *

XXXI. *

Ἑοῦς· Hæc vox dorica convenit voci τεοῦς, qua etiam frequenter uſa eſt *Corinna* in Cataplo:

Vincas magnam potentiam habens, o præſtantior,
Regionem tuam omnem emtam.

XXXII. *

Ponitur (τὶν) apud *Corinnam* etiam in accuſativo caſu in Cataplo:

Non enim te invidus Deus *

pro σὲ.

XXXIII. *

Vos autem deportati * *Corinna* in Septem Ducibus adverſus Thebas.

XXXIV. *

Ὀυμείων Bœotii; illud autem aliquis veſtrum audiat. *Corinna.*

Pede-

Myrtidi à ſe exprobratum ait, quod cum Pindaro certare ſuſtinuerit. An *Myrtidi* tribuendæ, quas *Corinnæ* antiquiores tribuerunt, victoriæ? an poetica magis aucta facultate animum mutavit Corinna? eſto naſutiorum arbitrium. *Olearius* de Poetriis p. 23 ſq.

(1) MS. mendoſe: Πινδαείοιο.

(2) MS. ἰώγει, ἠδ'.

(3) MS. ἀρεταὶ.

(4) Excerpta *Spanhemiana* ex *Apollonii* Grammatica περὶ τ̃ ἐμῦς.

(5) *Excerpta* laudata, περὶ τ̃ σῦ.

(6) Hæc in MS. valde corrupta ſunt, ubi legitur: ἐρμὲς ποτ' ἀρ' ευαποναπευι.

(7) *Excerpta* laudata, περὶ τ̃ ἑοῦς.

(8) MS. Νικασο.

(9) MS. ταπεῦς.

(10) MS. ὠνέμηνεν.

(11) *Excerpta* laudata περὶ τ̃ ἐμοὶ, σοὶ, ὃι.

(12) *Excerpta* laudata περὶ πληθυντικῶν πρωτοτύπων.

(13) *Excerpta* laudata περὶ τ̃ ὑμίων.

(14) MS. ὑμμίων.

XXXV. *

Πήδεγον [1] θέλω, ἐᾶς φίλης ϖασκάλης [2] ἐπλήσθη.

XXXVI.

Et [3] ſua quum antiquæ committit [4] ſcripta *Corinnæ*,

Carminaque æquævis non putat eſſe ſuis. [5]

[1] *Excerpta* laudata ϖερὶ τοῦ OC.

[2] In MSto legitur *εα φιλης ἐγκαλης.*

[3] *Sex. Aur. Propertius* lib. II. eleg. II. v. 31 ſq.

[4] Contendit, componit, comparat. Vox theatri & arenæ. *Suetonius* de illuſtr. Grammat. *Verrius Flaccus Libertinus docendi genere maxime inclaruit, namque ad exercitanda diſcentium ingenia æquales inter ſe* committere *ſolebat*. Martialis lib. VII. epigr. 23. Hinc *commiſſionum* nomen apud *Sueton.* lib. II. cap. 89. item in Calig. cap. 53. *Gabbema.*

[5] *Urſinus* hunc verſum exhibet pag. 38:

Carminaque Erinnes non putat æqua ſuis.

Legit *Scaliger: Carmina æquævis*, id eſt, non exiſtimat ea eſſe carmina, quæ æquales ſuæ faciunt. *Gabbema.*

Hæc eſt Scaligeri correctio, qua nihil certius. *Carmina quæ quivis*; legitur in noſtris duobus, Borrichiano, utroque Regio, uno Colbertino, neque aliter in ſuis invenerant *Beroaldus* ac *Volſcus*; eadem præfert Vaticanus *Livinejo* inſpectus; & duo Palatini *Gebhardo*, qui tamen refingit *Carmina Sirenum*, ne ſcilicet nihil dicat. In Groningano inque altero Colbertino, eſt *Carminaque lyrnes*; quod ego, quid ſit, nunquam divinaverim. Nos contenti ſimus noſtro Catone, qui quod iniquiorem habuerit *Jac. Wallium*, virum omnibus poëticæ artis laudibus florentiſſimum, eſt cur indignemur, non cur miremur. Non *Scaliger* hunc locum corrupit, ut *Wallius* autumat, non etiam *Beroaldus*, ut *Scaliger*, ſed vero *Antonii Volſci* putidum caput, quem dum nimis cupide ſequitur *Beroaldus*, factum eſt, ut poſteriores crediderint à libris eſſe id, quod ſomnium erat puſilli homuncionis, nulla re niſi ſola temeritate nobilis; etiam maximum virum *Lilium Gregorium Gyraldum* hic error tranſverſum egit, dial. 4. Hiſtor. Poët. ubi *Propertium* reſpexiſſe putat ad *Helecaten*, *Erinnæ* poëma, cujus verſus Homericis perquam ſimiles ſint viſi. Nunquam hæc in mentem veniſſent homini longe doctiſſimo, ſi vel leviter inſpexiſſet veteres *Propertii* libros. *Broukhuſius.*

[6] *P. Papin. Statius* in Epicedio in Patrem lib. V. Sylv. carm. 3. v. 156 ſq.

Calli-

ΤΕΛΕ-

XXXV. *

Pedegum volo, ſua amica perpulchra repletus.

XXXVII.

--------------- Tu pandere doctus

Carmina [6] *Battiadæ* [7] latebrasque *Lycophronis* [8] atri, [9]

Sophronaque implicitum [10] tenuiſque arcana *Corinnæ*. [11]

[7] *Callimachum* intelligit, de quo multa ſcripſimus in Ibyn *Ovidii*, teſtimonio etiam *Strabonis*. Duo autem fuerunt *Callimachi*, alter Batti filius & Meſatinæ, Cyrenæus grammaticus, diſcipulus Hermocratis, uxorem habuit Euphraſi Syracuſani filiam. Hujus ſororis filius junior, *Callimachus* alter fuit, qui verſus de inſulis ſcripſit, poëmata omni genere carminis. *Domitius.*

Notiſſimum, *Callimachum* dici. Ejus ego auctoris, præ ceteris omnibus græcis amiſſis, opera deſiderare ſoleo. Certus ex paucis ſi exſtarent, nos plura diſcituros, quæ nunc æternum neſcire cogitur omnis poſteritas. *Barthius.*

[8] *Sophoclis* Grammatici, adoptione Lyci Rhegini hiſtorici, filius, inter ſeptem poëtas, qui Pleiades dicebantur à numero ſtellarum Philadelpho Ptolomæo, (vid. ſupra *Myrus* Fragmenta num. VII. pag. 32.) receptus. *Bernart.*

[9] Caliginoſi, obſcuri. Noſtro tamen ævo gratulari poſſumus, & planum eum legi, & digna tranſlatione latinum. *Barthius.*

[10] Non poſſumus de hoc judicare. Nemo tamen aliorum auctorum tale quid de hoc Mimographo ſcripſit, quod ſciam. Sane ſi moleſtæ obſcuritatis fuiſſet, non tantopere eum dilexiſſet *Plato*, ut etiam ad mortem æger ſub pulvillo habuiſſet, ut non unus auctor tradit. Vide *Jo. Meurſium* ad dictum auctorem pag. 199. Pene eſt, ut mendoſum dicam hunc *Papinii* locum, & de *Mimis* non vulgare aliquod Epitheton corruptum eſſe. *Idem.*

[11] A carminum quadam ſubtilitate, unde & *muſcam lyricam* dictam aiunt, quod forte alluſit *Papinius*. *Suidas*: Κόρινα λυρικὴ &c. (v. num. XV.) Pulcherrimam forma mulierem, icone teſte, tradit fuiſſe *Pauſanias* (v. n. XII.) *Idem.*

Theophylactus Simocatta num. 15. confinxit epiſtolam *Atalantæ* ad *Corinnam*, in qua forma egregia Augiæ adoleſcentis deſcribitur.

Laudatur etiam *Corinna* ab *Antipatro Theſſalo* in *Sapphus* Fragmentis num. CXXXVIII. à *Clemente Alexandr.* ibid. num. CLXX. & ab *Euſtathio* ibid. num. CLXXX.

ΤΕΛΕΣΙΛΛΗΣ
ΤΗΣ ΑΡΓΕΙΑΣ
ΜΕΛΗ.

I.

Ἀδ' (1) Ἄρτεμις, ὦ κόραι, φεύγοισα τὸν Ἀλφεόν. (2)

II.

Τελέσιλλα (3) δὲ ἡ Ἀργεῖα καὶ τὴν ἅλω καλεῖ δεῖνον. (4)

III.

Ἡ (5) ἐις Ἀπόλλωνα ᾠδὴ Φιληλιάς, (6) ὡς Τελέσιλλα παρίστησιν.

Τὸ

(1) *Hephæſtion* in Enchiridio pag. 36, 18. Ἔςι τοίνυν ἐπίσημα ἐν τῷ ἰωνικῷ, ἑφθημιμερῆ ἄ, τὰ τοιαῦτα, ὅις ἡ Τελέσιλλα ἐχρήσατο. Ἀδ' Ἄρτεμις κ. τ. λ. Alibi quoque idem *Hephæſtion* (pag. 13, 15.) hunc verſum protulit. Opinor autem, pro Ἄρτεμις ſcribendum Ἀρέθοισα· eamque fabulam recitat *Pauſanias* Ἠλιακῶν lib. II. (leg. lib. I. cap. 7. p. 390, cum quo loco conferendus eſt alius lib. II. Eliac. cap. 22. p. 510. ubi fabula adamatæ ab Alphæo Dianæ recenſetur,) è quo qui volet petat. *Urſinus.*

Quid? an hoc ἑφθημιμερὲς eſt? cave credas: nam in eo ſex pedes ſimplices ſunt cum duabus ſyllabis, non tres pedes ſimplices cum una ſyllaba; vid. *Hephæſtionem* pag 33. Apage, apage ineptias: qui hæc ita conſtituerunt primi, invitis Muſis nati fuerunt die Ægyptiaco; dicam tribus verbis, quod omnes probabunt ſtatim: male conjuncta ſunt, quæ accurate debuiſſent ſeparari; tu ſcribe iterum disjunctim:

Ἀδ' Ἄρτεμις ὦ κόραι,
Φεύγοισα τὸν Ἀλφεόν.

Sic duos verſiculos habemus Ephthemimeres: nam pedes duplices ad ſimplices redigendi ſunt, & hos unus Scholiaſtes, niſi fallor, etiam recte diſtinxit; nam ſi pedes ſimplices ſumas, perbene ſcripſit ad hunc ipſum locum: τὸ ἰωνικὸν ἑφθημιμερὲς τρεῖς ἔχει πόδας καὶ συλλαβήν· nota illud συλλαβήν· nam ſic diviſos verſiculos tibi notare potes una: non ſyllaba, ſed ſyllabæ, ut jam monuimus, ſunt in conjuncto & gemino; nihil apertius; ne dubites igitur; quanquam nulla ne minima certe ſupereſt dubitandi ratio, ſi cum his jungas pag. 13. ubi ipſe *Hephæſtion* verſiculum primum adducit pro anapæſtico monometro hypercatalecto, quia Ionicus Ephthemimeres ejus indolis eſt, ut anapæſtice etiam menſurari poſſit; ſciunt periti talia in his eſſe plura, de quibus nos forte alias. *Pauw.*

(2) Hunc ob amorem Diana vocata fuit Ἀλφειαία

apud

TELESILLAE ARGIVAE CARMINA.

I.

Diana autem, o puellæ, fugiens Alpheum.

II.

Teleſilla Argiva aream δῖνον vocat.

III.

Cantio Apollini peculiaris Philelias, ut *Teleſilla* profert.

Pythæi

apud *Pauſan.* lib. VI. Eliac. II. cap. 22. p. 511. Λετριναῖοι μὲν δὴ Ἀλφειαίαν ἐκάλουν τὴν θεὸν ἐπὶ τοῦ Ἀλφειοῦ τῷ ἐς αὐτὴν ἔρωτι. Ἀλφῶσα apud *Athenæum* lib. VIII. p. 346. B. Οἶδα δὲ καὶ τὴν ἐν Πισάτιδι γραφὴν ἀνακειμένην ἐν τῷ τῆς Ἀλφειώσας Ἀρτέμιδος ἱερῷ· ad quem locum vid. *Caſauboni* Animadv. lib. VIII. cap. 7. p. 601. Ἀλφειονία vel Ἀλφειῶσα apud *Strabonem* lib. VIII. p. 343. πρὸς τῇ ἐκβολῇ τὸ τῆς Ἀλφειονίας Ἀρτέμιδος ἢ Ἀλφειούσης ἄλσος ἐστὶ, λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως. Ἀλφειαῖα apud *Scholiaſtem Pindari* ad Pyth. β'. v. 12. φασί τινες τὸν Ἀλφειὸν ἐρασθῆναι τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ διώξαντα ἄχρι τῆς Ὀρτυγίας παύσασθαι· ὅθεν Ἀλφειώας Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐκεῖ καθιδρύθη· & ad Nem. α'. v. 3. τὸν Ἀλφειόν φασιν ἔρωτι ἁλόντα τῆς Ἀρτέμιδος, ἐπιδιῶξαι αὐτὴν ἄχρι τῆς Σικελίας· τοῦ δὲ τέλους τῆς διώξεως αὐτόθι γινομένου αὐτόθι συστῆναι τὴν Ἀρέθουσαν· διὰ τοῦτο καὶ τὴν Ἄρτεμιν Ἀλφειώαν προσαγορεύεσθαι.

(3) *Athenæus* lib. XI. pag. 467. F.

(4) Eadem quæ de varia ſignificatione vocis δεῖνος *Athenæus* profert, reperiuntur apud *Euſtathium* ad Ιλ. υ'. pag. 1283, 4. (vid. num. XVIII.) Significatio, quam huic voci *Teleſilla* tribuit, retinetur ab *Æliano* de Nat. Animal. II. 25. pag. 38. Poculi genus quoddam hac voce indicatur apud *Athenæum* XI. p. 503. C. & apud *Scholiaſtem Ariſtophanis* ad Nubes v. 380. & ad Veſp. v. 615. Alios ſignificatus declarant *Scholia Arati* pag. 38. *Thomas Magiſter*, *Erotianus* & *Etymologicon M.* in δῖνος. Notandum autem eſt, omnes Auctores laudatos δῖνος, non δεῖνος legere.

(5) *Athenæus* lib. XIV. pag. 619. B.

(6) Ἀπὸ τοῦ φιλεῖν τὸν ἥλιον, à veneratione Solis. *Dalechamp.*

Philelias Apollini ſacra ſic appellata eſt ab intercalari verſu, qui proprius ei aſmati, ἔξεχ' ἔξεχε, ὦ φίλ' ἥλιε. *Caſaubonus.*

Cantus

IV.

Τὸ (1) μὲν δὴ τοῦ Πυθαέως (2) ὄνομα μεμαθήκασι παρὰ Ἀργείων· τούτοις γὰρ ἑλλήνων πρώτοις ἀφικέσθαι Τελέσιλλά φησι τὸν Πυθαέα ἐς τὴν χώραν Ἀπόλλωνος παῖδα ὄντα.

V.

Ἐπὶ (3) τῇ ἄκρᾳ τοῦ ὄρους Κορυφαίας (4) ἐστὶν ἱερὸν Ἀρτέμιδος, οὗ καὶ Τελέσιλλα ἐποιήσατο ἐν ᾄσματι μνήμην.

VI.

Κατὰ (5) Τελέσιλλαν ἐσώθησαν Ἄμυκλα καὶ Μελίβοια· ἐτοξεύθη δὲ ὑπ' αὐτῶν καὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων.

VII.

Ὑπὲρ (6) τὸ θέατρον Ἀφροδίτης ἐστὶν ἱερόν· ἔμπροσθεν δὲ τοῦ ἔδους, Τελέσιλλα, (7) ἡ ποιήσασα τὰ ᾄσματα, ἐπείργασται στήλη· καὶ βιβλία μὲν ἐκεῖνα (8) ἔρριπταί οἱ πρὸς τοῖς ποσὶν, αὕτη δὲ ἐς κράνος ὁρᾷ, κατέχουσα τῇ χειρὶ, καὶ ἐπιτίθεσθαι τῇ κεφαλῇ μέλλουσα. Ἦν δὲ καὶ ἡ Τελέσιλλα καὶ ἄλλως ἐν ταῖς γυναιξὶν εὐδόκιμος, καὶ μᾶλλον ἐτιμᾶτο ἔτι ἐπὶ τῇ ποιήσει. Συμβάντος δὲ Ἀργείοις ἀτυχῆσαι λόγου μειζόνως, πρὸς Κλεομένην τὸν Ἀναξανδρίδου καὶ Λακεδαιμονίους, καὶ τῶν μὲν ἐν αὐτῇ πεπτωκότων τῇ μάχῃ, ὅσοι δὲ ἐς τὸ ἄλσος τοῦ Ἄργου (9) κατέφευγον, διαφθαρέντων καὶ τούτων, τὰ μὲν πρῶτα ἐξιόντων κατὰ ὁμολογίαν, ὡς δὲ ἔγνωσαν ἀπατώμενοι, συγκατακαυθέντων τῷ ἄλσει τῶν λοιπῶν· οὕτως τοὺς Λακεδαιμονίους Κλεομένης ἦγεν ἐπὶ ἔρημον ἀνδρῶν τὸ Ἄργος. Τελέσιλλα δὲ οἰκέτας μὲν, καὶ ὅσοι διὰ νεότητα ἢ γῆρας ὅπλα ἀδύνατοι φέρειν ἦσαν, τούτους μὲν πάντας ἀνεβίβασεν

Cantus, quem φιλήλιάδα *Teleſilla* appellavit, veſtigia alibi non reperio, puto tamen huc referri poſſe luſum puerilem, quando clamare vel canere ſolebant: ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε, de quo vide *Pollucem* IX. 7. ſegm. 123 ſq. *Steinheilius.*

(1) *Pauſanias* lib. II. in Corinthiacis cap. 35. p. 194.

(2) Apollinis Pythæi cognomen tam mihi eſt incognitum, quam Pythii notiſſimum. *Steinheilius.*

(3) *Pauſanias* lib. II. in Corinthiacis cap. 28. p. 175.

(4) Dianae Coryphaeae nomen alibi mihi nondum occurrit. Κορυφαίους autem primos cujuſcunque ordinis indicare patet è *Scholiis Ariſtophanis* ad Plutum v. 254. *Heſychio* in Κορυφαῖος, *Luciano* in Solœciſta T. II. Opp. p. 741. *Diogene Laërtio* II. ſegm. 47. & *Polyæno* Stratag. V. 17. n. 2. *Steinheilius.*

Apol-

IV.

Pythæi quidem nomen ab Argivis acceperunt. Ad eos enim primos ex omnibus Græcis veniſſe Pythæum Apollinis filium, *Teleſilla* memoriæ prodidit.

V.

In ſummo monte eminet Coryphææ Dianæ templum; cujus in cantico quodam ſuo *Teleſilla* mentionem fecit.

VI.

Teleſillæ teſtimonio Amycla & Meliboea intactæ remanſerunt; & ab iiſdem Zethus etiam & Amphion ſagittis confixi occubuerunt.

VII.

Supra theatrum Veneris eſt ſanum; in cujus fronte è pavimento columna ſurgit, cui inſiſtit Teleſilla, quæ cantica fecit. Ad pedes ejus carminum volumina jacent; ipſa galeam aſpicit, quam capiti jam impoſitura manu tenet. Fuit Teleſilla hæc & aliis de cauſis inter fœminas illuſtris, & honorem præcipuum ex poëtica meruit. Quo tempore Argivi majore, quam dicendo explicari poſſit, clade a Cleomene Anaxandridæ filio Lacedæmoniorum rege afflicti ſunt, aliis in prælio cæſis, ii qui ſupplices in Argi lucum confugerant, partim ad pacis conditiones evocati, nihilo minus violati ſunt; partim vero, ubi ſe dolo circumventos ſenſerunt, ſe ipſos & lucum ſimul cremarunt. Quare Cleomenes conſumta Argivorum militari ætate & robore, ad Argos oppugnandum confeſtim Lacedæmoniorum copias duxit. Ibi *Teleſilla* ad murorum præſidia ſervitiis,

(5) *Apollodorus* in Bibliotheca lib. III. cap. 5. §. 6. ubi de Niobes liberis illi ſermo eſt. vid. *Sapphus* Fragmenta num. CCXXXVIII.

(6) *Pauſanias* lib. II. in Corinthiacis cap 20. pag. 156 ſq.

(7) Pro hoc apud *Suidam* eſt Τελεσίλλα paroxytonως. Exſtat autem iſta hiſtoria apud *Herodotum* (Lib. VI. cap. 78 ſqq.) *Plutarchum* (num. VIII.) nec non apud *Polyænum* (num. XIV.) *Sylburg.*

(8) Malim ἐκείνων ſcil. ᾀσμάτων. Libris carminum abjectis, arma corripuit, patriae latura auxilium. *Kuhn.*

(9) Hoc poſuit *Xylander*, quum vitioſe eſſet Ἀρεὶς. Niti autem ſe affirmat Laconicis *Pauſaniæ* ipſius cap. 4. vide etiam *Herodotum* l. c. *Sylburg.*

βασεν ἐπὶ τὸ τεῖχος (1) αὐτὴ δὲ ὁπόσα ἐν ταῖς οἰκίαις ὑπελείπετο, καὶ τὰ ἐκ τῶν ἱερῶν ὅπλα ἀθροίσασα, τὰς ἀκμαζούσας ἡλικίᾳ τῶν γυναικῶν ὥπλιζεν· ὁπλίσασα δὲ ἔτασσε κατὰ τοῦτο, ᾗ τοὺς πολεμίυς προσίοντας ἠπίςατο. Ὡς δὲ ἐγιγνοντο (2) οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ αἱ γυναῖκες οὔτε τῷ ἀλαλαγμῷ κατεπλάγησαν, δεξάμεναί τε ἐμάχοντο ἐῤῥωμένως. Ἐνταῦθα οἱ Λακεδαιμόνιοι φρονήσαντες, ὡς καὶ διαφθείρασι σφίσι τὰς γυναῖκας, ἐπιφθόνως τὸ κατόρθωμα ἕξει, καὶ σφαλεῖσι μετὰ ὀνειδῶν γενήσοιτο ἡ συμφορὰ, ὑπείκυσι ταῖς γυναιξί· πρότερον δὲ ἐπὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον προεσήμηνεν ἡ Πυθία· καὶ τὸ λόγιον εἴτε ἄλλως, εἴτε καὶ ὡς συνεὶς, (3) ἐδήλωσεν Ἡρόδοτος·

Ἀλλ' ὅταν ἡ θήλεια τὸν ἄῤῥενα νικήσασα
Ἐξελάσῃ, καὶ κῦδος ἐν Ἀργείοισιν ἄρηται,
Πολλὰς (4) Ἀργείων ἀμφιδρυφέας τότε θήσει.

VIII.

p. 120. Jac. Philippus *Bergomas*, qui à ſui ordinis Scriptoribus vocatur Jac. Phil. *Foreſtus*, in Tract. de præclaris & electis muliebribus chriſtianis impr. 1497. de quo vid. *Voſſium* de Hiſtoricis lat. p. 663. & *Voglerum* in Introduct. in notitiam bon. Scriptorum cap. 27. p. 112. Jo. *Beverovicius* in Tract. de Excellentia ſexus feminei cum iconibus & verſibus *Corn. Boy*. Dordr. 1636. 1639. 8. & belgice ſub tit. Uytnementheyt der Vrouvven; de quo vid. *Voſſium* Epiſt. 366. pag. 376. b. & epiſt. 398. p. 403. Corn *à Beughem* in't Lof der geleerde Vrouvven, zijnde een korte hiſtoriſche verhandeling van alle geleerde en beroemde Vrouvven en der ſelver Schriften van alle Eeuvven hervvarts, tot op deeſen tydt; quem in catalogo librorum affectorum Bibliographiæ Juridicæ præmiſſo pollicetur. Tho. Broderus *Bircherodius* in Tractatu affecto de feminis doctis; vid. *Thura* in præf. ad Gynaeceum Daniæ lit. pag. 4. Jo. Chriſtianus *Blumius* vid. Gottfr. *Olearius*. Jo. *Boccacius* in lib. de illuſtribus mulieribus ſæpe excuſo, & gallice quoque, germanice, anglice, hiſpanice, & italice per *Joſephum Betuſſium* cum hujus & *Franc. Sardonati* additionibus tranſlato. vid. de hujus libri editionibus permultis *Hendreichii* Pandectas Brandenburg. in *Boccacius*. Balth. *Bonifacius* Hiſtoriæ ludicræ III. 22. quod caput inſcribitur de mulieribus doctis, ſed tantum de *Sappho* & *Sempronia* Bruti uxore pauca profert. *Andr. Bordingius* in ſcripto danico de feminis doctis, quod adhuc lucem non vidit. vid. *Thura* in præf. ad Gynæc. Daniæ lit. pag. 3. Alexander *van den Boſche* alias *Sylvanus* in Tractatu de mulieribus virtute illuſtribus, gallice edito, Pariſ. 1576. 16. vid. *Vogleri* Introd. in notitiam bon. Scriptorum cap. 27. pag. 112. Pet. *du Bourdeille*, Seigneur de Brantome, in Memoires contenans les vies des Dames illuſtres de France de ſon temps, à Leyde, 1667. 12. Marcus Zuerius *Boxhornius* in Bibliotheca eruditione ac ſcriptis illuſtrium feminarum, quæ non prodiit. v. *Voglerum*. l. c. M. N. C. in femmes ſçavantes, ou Bibliotheque des Dames, qui traits des Sciences, qui conviennent aux Dames, de la conduite de leurs études, des livres, qu'elles peuvent lire, & l'hiſtoire de celles, qui ont excellé dans les Sciences. à Amſterd. 1718. 12. vid. Europe Sçav. T. 6. pag. 195-203. & Abgeſond. Bibliothec. p. 234 ſqq. Bapt. *Campoſulgoſus* vid. infra Jo. Bapt. *Fregoſus*. Julius Cæſar *Capaccius* in illuſtrium mulierum & illuſtrium literis virorum elogiis. Neap. 1608. 4. Ludov. Jac. *à S. Carolo* in Bibliotheca feminarum ſcriptis inſignium, quam in Bibliotheca Pontificia pag. 302. pollicitus eſt. vid. *Morhofii* Polyhiſt. lit. lib. I. cap. 17. §. 3. Georg. *Caſpari* in Bibliotheca mulierum doctarum, quam prelo paravit. vid. *Lilienthal*. de hiſtoria lit. certæ cujuſdam gentis ſcribenda, Sect. III. cap. 2. §. 3. & Ge. Henr. *Goetzii* Epiſt. grat. diſputationi de Teſtamentis Divinis præmiſſam. *Catonellus* in celeſte trionfo in lode delle Donne Bologneſi, in Bologna 1550. qui allegatur in *Macchiavelli* Bitiſia Gozzadina. *Charon* Carthaginenſis in libris IV. deperditis, quos βίυς ἐνδόξων γυναικῶν inſcripſit, teſte *Suida* in Χάρων. Bartholom. *Chaſſanæus* in catalogo Gloriæ mundi, Part II. num 9. Auguſtinus *della Chieſa* vid. infra Franc. Auguſtinus *ab Eccleſia*. Celeſte *Cipariniano*, ſub quo nomine latet Jo. Bapt. *Recanati*, in Poëſie Italiane di Rimatrici XXXIV. viventi, in Venet. 1716. 8. vid. Giorn. de letter. d'Italia Tom. XXVII. p. 467. ubi traditur, Tomum II. ab Autore prelo parari. *Clemens Alexandr*. libro IV. Stromatum pag. 522 ſq. ubi pauca quædam de mulieribus Philoſophis annotavit. Dan. *le Clerc* in Hiſtoire de la Medicine Part II. lib. 3. cap. 13. ubi de feminis artis medicæ peritis agit. Bernhardinus *Conus* vel *Corius* in vitis promiſſis Poëtarum ac illuſtrium feminarum. vid. *Almeloveen* Biblioth. promiſſ. & lat. p. 14. & *Arn. Buchellii* Epiſtolam ad *Voſſium* num. 88. Tom. II. p. 61. b. Hilarion *de Coſte* in Eloges & vies des Reynes, Princeſſes, Dames & Demoiſelles, illuſtres en pieté, courage & doctrine, qui ont fleury de notre temps & du temps de nos peres, avec l'explication de leurs deviſes, emblemes, hieroglIphes & Symboles, à Paris 1630. & 1647. 4. Voll. II. Jo. Marius *Creſcimbenus* in Commentarii intorno alla ſua hiſtoria della volgar poëſia. Rom. 1711. 4. Tomi V. ubi paſſim Poëtrias Italas recenſet. Ludov. *Domenichi* ſ. *de Dominicis* in Nobilta delle Donne libri V. Venet. 1549. 8. Jo. Caſp. *Eberti* in Eröfneten Cabinet des Gelehrten Frauenzimmers, ſ. Muſeo aperto feminarum do-

ponitur, Viri Maximi, Ægidii Menagii exemplo, qui Philoſophas ſibi delineandas ſumpſit, Poëtrias mihi delegi, in quibus juvenile ingenium exercerem. Eſtque, ut nihil

doctarum Francof. 1706. 8. vid *Tentzelii* Biblioth. Cur. germanice editam An. 1706 p. 339--345. Auctor in præf. continuationem hujus laboris promittit. Franciſcus Auguſtinus *ab Eccleſia* ſ. *della Chieſa* in Teatro delle Donne letterate, in Monte Regali 1620 8. vid. *Ughelli* Italiam S Tom. I pag. 1232 ſq. In *Teiſſerii* Catalogo Bibliothec. pag. 33. & pag. 83. duo Scriptores Auguſtinus *della Chieſa* & Franc. Auguſtinus *ab Eccleſia* ex illo finguntur. *Eleonora Chriſtiana*, Regis Chriſtiani IV. filia, Comitis Cornificii *Uſeldii* Uxor, in vitis Heroinarum prudentiſſimarum, fortiſſimarum, caſtiſſimarum &c. danice ſcriptis, quæ lucem non viderunt. vid. *Alb. Thuræ* præf. ad Ideam hiſt. lit. Daniæ pag. 14. & ad Gynæceum Daniæ pag. 3. nec non Nova lit. Maris Balth. 1698. pag. 81. Herm. Chriſtoph. *Engelke*, reſp. Jo. Bernh. *Wepplingio*, in diſſ. de ſexu ſequiori eruditionis fama coruſco, Roſtoch. 1707. 4. Jo. *Esbergius*, Reſp. Petro *Hedengrahn*, in diſp. de mulieribus philoſophantibus, Upſal. 1699. 8. & Witteb. 1700. 4. mendoſiſſime recuſa, cujus auctor id inprimis operam dat, ut oſtendat, mulieres ad quodvis ſtudiorum genus rite tractandum idoneas eſſe, & perpaucas tantum eruditas feminas commemorat. Jo. Henr. *Feuſtkingius* in Gynæceo Hæretico-fanatico, germanice edito, Francof. 1704. 8. Hercules *Fontana* in amoroſe fiamme in lode delle Gentildonne Bologneſi, in Bologna 1674. 4. qui allegatur in *Macchiavelli* Bitiſia Gozzadina. Philippus Jac. *Foreſtus* vid. ſupra Phil. Jac. *Bergomas*. Eraſmus *Franciſci* in libro, quem prelo paravit, von dem tapferen und gelehrten Frauenzimmer, ſ. de fortibus & eruditis fœminis. vid Catalogum ſcriptorum ejus germanice editum pag. 34. Jo. *Frauenlob*, vid. infra in Anon. *Lobwürdige Geſellſchaft*. Jo. Bap. *Fregoſus*, qui etiam Bapt. *Fulgoſus* vel *Campofulgoſus* vocatur, in libro de feminis, quæ doctrina excelluerunt, Pariſ. 1521. & in lib. VIII. cap. 3. factorum & dictorum memorabilium. vid. *Ghilini* Teatro d'huomini letter. P. I. pag. 97. Jo. *Fronto* in diſſ. de virginitate honorata, erudita, adorata, fœcunda &c. Pariſ. 1651. 4. Bapt. *Fulgoſus*, vid. Jo. Bapt. *Fregoſus*. Andr. *Fulvius* Prœneſtinus, alias Sabinus, in illuſtrium virorum ac mulierum imaginibus, Romæ apud Jac. Mazochium An. 1517. octernionibus 30. vid. *Teiſſerii* Catal. Biblioth. pag. 14. Jo. *Garzonus* in vite delle Donne illuſtri della Scrittura S. in Venet. 1586. 4. Pet. *Gaſſendus* in libro prooem. de Philoſophia, Tom. I. Opp. pag. 9. a. ubi Philoſophas quaſdam antiquas recenſet. Hieron. *Ghilini* in Templo feminarum eruditarum, italice ſcripto, quod memorat *Teiſſerius* in Auctuario Catalogi Biblioth. pag. 113. Ge. Henr. *Goetzius* in Principe hebraice docto §. 19 ſqq. in Principe græce docto §. 51 ſqq. & in Principe Commentatore biblico §. 18 ſqq. ubi Principes feminas eruditas recenſet. Maria Jarſia de *Gournay* in Egalité de deux ſexes, quem *la Barre* Genevæ iterata vice editurum promiſit. vid. *Junckeri* feminas erud. pag. 14. Franc. *Grenaille* in Bibliotheque des Dames Pariſ. 1640 4. vid. *Baelii* Lexicon hiſt. in Grenaille. Sam *Groſſerus* in diſp. de feminarum meritis in Rempubl. earumque prærogativis in Republ. conceſſis Lipſ. 1689. 4. Antonius *Guevarra* in Horologio Principum lib. II. cap. 32 ſqq. *Guyonet* in diſcours, dans lequel il prouve l'excellence du beau ſexe par les exemples des vertus, par la pratique des ſciences & des beaux arts, &c. quem prelo paravit. vid. Mercure Galant 1681. Jan. pag. 153. Chriſtoph. Chriſtianus *Haendelius* vid. infra Jo. Dan. *Omeiſius*. Everh. Wernerus *Happelius* in Academiſchen Romain, lib. I cap. 24. pag. 276. Georg. Philip. *Harsdorferus* in Erquick ſtunden ſ. Horis recreationis, Tom III. pag. 632. & in Secretario Germanico Part V. t. 34. Pet. *Hedengrahn* vid. ſupra Jo. *Esbergius*. Jo. *Herbinius* in diſſertt. II. de feminarum illuſtrium eruditione, Witteb. 1657. 4. Jo. Henr. *Hottingerus* in dedicatione Partis V. Hiſtoriæ Eccl. Chriſtianus *Junckerus* in Centuria feminarum eruditione & ſcriptis illuſtrium, quam addidit Schediaſmati de Ephemeridibus, Lipſ. 1692, 12. Corn. *Kilianus* in iconibus Illuſtrium feminarum Vet. & Novi Teſtamenti, quæ verſibus explanatæ ſunt, vid. *Teiſſerii* Catal. Biblioth pag 64. Georg Matthias *Koenigius* in libro affecto de feminis eruditis, v. *Meelfuhreri* Acceſſ. ad *Almeloveen* pag. 49. Sebaſt. *Kortholtus*, Reſp. Warnero Erico *Tonnemacher*, in diſquiſitione de Poetriis puellis omiſſis ab *Adr. Bailleto* in Enfans devenus celebres &c. Kilon 1700. 8. vid. Nova lit. Mar. Balth. 1700.

hil diſſimulem, citra jactantiam tamen dixerim, mihi ad earum hiſtoriam modicus aliquis apparatus. Veruntamen cum ad perſpiciendum expoliendumve id opus multorum annorum

p. 53. Pet. *Lambecius* in appendice IV. priorum capitum libri II. Prodromi Hiſtoriæ lit. Secundus *Lancellotus* in Hoggidi overo ingegni non inferiori à paſſato, Part. II. diſing. 6. Pet. *Laurembergius* in Acerra philologica pag. 606 ſqq. Laur. *Legatus* in Muſei Poetriarum primitiis ad Ovidium Montalbanum. vid. *Leti* Italiam regn. Part. III. lib. 2. p. 183. ubi etiam pag. 185. traditur, prelo parari ab Auctore Muſeum Poëtriarum cum iconibus. Georg. Chriſtianus *Lehmius* in Teutſchlands galanten Poëtinnen, ſ. Germaniæ Poëtriis politis, Francof. 1715. 8. Chriſtianus *Liberius*, vid. infra Guilh. *Saldenus*. Jo. *Limnæus* in Additionibus ad Jus publicum Tom. V. lib. 8. cap. 3. & 8. pag. 340. & pag. 347. Severinus *Lintrupius* in Tract. affecto de feminis eruditis. vid. *Thura* in præf. ad Gynæceum Daniæ lit. pag. 4. Nicol. *Lorinus del Monte* in Elogi delle più principali è Sante Donne del Sagro Calendario e Martirologio Romano, Vergini Martiri ed altre Meſſi inſieme con motte vigilie, Florent. 1617. 4. Car. Anton. *Macchiavellus* in Bitiſia Gozzadina, ſeu de mulierum Doctoratu apologetica legali hiſtorica diſſertatione, Bonon. 1722. 4. vid. Act. Er. 1724. pag. 239. Jo. *Maldonatus*, qui de illuſtribus mulieribus ſcripſiſſe dicitur, teſte *Teiſſerio* in Auctuario Catalogi Biblioth. p. 159. Mutius *Manfredus* in cento Donne illuſtri, allegatus à *Macchiavello* in Bitiſia Gozzadina. Jo. *Matthæus* Lunenſis in opere de mulieribus claris, Pariſ. 1520. 8. vid. Mich. *Neandri* præf. ad Erotemata Græcæ Linguæ p. 155. Ægid. *Menagius* in hiſtoria mulierum Philoſopharum, Lugd. 1690. 8. Accedit ejuſdem Commentarius italicus in VII. Sonetum Franc. Petrarchæ à re non alienus. vid. Journ. Sç. 1690. 39. p. 710. & 1691. 1. p. 16 ſq. Giorn. di Parma 1690. eph. 9. pag. 206. *Baſnage* Hiſt. des Ouvrages des Sçavans 1691. Jul. p. 512. & Act. Er. 1691. p. 535. & recuſa abſque commentario in Petrarcham, Amſtel. 1692. 12. & in ed. nova Diogenis Laërtii, Amſtelod. 1693. 4. vid. *Boekzaal* van Europe 1692. II. p. 384. & *Cinelli* Biblioth. Vol. Scanz. 19. pag. 15 ſq. Jo. *Meurſius* in Auctario philologico cap. 36. ubi probat Romanorum virgines in ludum literarium miſſas eſſe. Jo. Gerh. *Meuſchenius* in Curieuſer Schaubühne gelahrter Dames aus Aſia, Africa, Europa, voriger und jetziger Zeit, ſ. Theatro curioſo feminarum eruditarum ex Aſia &c. Francof. & Lipſ. 1706. 8. vid. Tenzelii Biblioth. Cur. 1706. p. 346. Jo. Pereſius *Moya* in Tract. de eruditis mulieribus Hiſpaniæ, Madriti 1583. vid. Paullini Zeitkürtzende erbauliche Luſt Part. II. pag. 1098. Gottfr. *Olearius*, Reſp. Jo. Chriſtiano *Blumio*, in diſſert. de Poëtriis græcis, Lipſ. 1708. 4. Magnus Dan. *Omeiſius*, Reſp. Chriſtoph. Chriſtiano *Haendelio*, in diſſert. de Germaniæ feminis eruditis, Altorf. 1688. 4. Jo. *Paſchius* in Gynæceo docto, Witteb. 1686. 4. recuſo ib. 1701. 4. iterumque mendoſiſſime ſub tit. Jo. Andr. *Planeri* Tractatus de Gynæceo docto, d. i. von gelahrten Frauenzimmer, ib. 1715. 4. Chriſtianus Franc. *Paullini* in Philoſophiſchen Feyerabend ſ. Feriis philoſophicis num. 5. pag. 140 ſq. cum quo libro conf. *Eckarti* Excerpta menſtrua germanice edita 1701. Jan. pag. 18 ſqq. Idem *Paullini* in Hoch und vvohlgelahrten Frauenzimmer ſ. Gynæceo docto Lipſ. 1705. 8. vid. *Tenzelii* Biblioth. Cur. germanice editam 1705. pag. 905. & ed aucta Francof. 1712. 8. Edvv. *Philips* in Theatro Poëtarum, or a compleat collection of the Poets, eſpecially the moſt eminent of all Ages, Lond. 1675. 12. in cujus fine agit de poëtriis tam antiquis quam recentioribus. *Philochorus* Athenienſis in libro deperdito, quem inſcripſit: Συναγωγὴ Ἡρωΐδων ἤτοι Πυθαγορείων γυναικῶν. vid. *Suidam* in Φιλόχορος. Philippus *Picinellus* in feminarum Scripturæ S. elogiis, centuria ſing. Norimb. 1694. 12. Jo. *Pinus*, Toloſanus, in tractatu de claris feminis, Pariſ. 1521. fol. Joſephus *à Pino*, qui ſcripſiſſe dicitur de claris viris & mulieribus an. 1550. teſte *Teiſſerio* in Catal. Biblioth. pag. 207. Vinc. *Placcius* in tractatu promiſſo de ſcriptis & ſcriptoribus juvenilibus & muliebribus. vid. *Morhofii* Polyhiſt. lit. lib. 1. cap. 19. §. 59. Jo. Andr. *Planerus*, vid. ſupra Jo. *Paſchius*. Jo. Iſaacus *Pontanus* in Bibliotheca feminarum doctrina ac fama illuſtrium, quam prelo paravit, v. Alb. *Thura* in præf ad ideam hiſt. lit. Danorum pag. 14. Angelus Claudius *Ptolemæus* in laude delle Donne Bologneſi, in Bologna 1514. qui memoratur à *Macchiavello* in Bitiſia Gozzadina. Tho. *Reineſius* in Variarum Lectionum lib. II. cap. 12. Jo. Bapt.

annorum labor, plurimorum Scriptorum cujuſvis gentis lectio requiratur, nonum hoc quoque opus prematur in annum, vel ſaltem crudum nimis in lucem non protrudatur. Sat

Bapt. *Recanati*, vid. ſupra Celeſte *Cipariziano*. Jo. *Reinhardus* in Theatro Prudentiæ lib. II. cap. 5. §. 13. num I. pag. 533 ſqq. Jo. *Rendtorfius* in Opere affecto de feminis doctis, quod promiſit in præf. ad *Bartoloccii* Partem IV. Bibliothecæ Rabbin. Jo. *Rhodius* in notis ad *Scribonium Largum* pag. 193 ſq. ubi feminas medicas recenſet. Ludov. Cœlius *Rhodiginus* in Antiqu. Lectionum lib. XIV. cap. 1. Pet. Paulus *de Ribera* in Glorie immortali de trionfi ed heroiche impreſe d'ottocento quaranta cinque Donne illuſtri, antiche e moderne, dotate de conditioni e ſcienze ſegnalate, cioè in Sacra Scrittura, Theologia, Profetia, Filoſofia, Retorica, Grammatica, Medicina, Aſtrologia, Leggi civili, Pittura, Muſica, Armi ed in altri virtu principali. Venet. 1609. 8. Herib. *Roſweydus* in Vitis Sanctarum Virginum, quæ in ſeculo vixerunt, cum imaginibus æreæ ſculpturæ, addito tractatu de ſtatu virginitatis, Antvverp. 1626 & 1642. 8. Frider. *Rothſcholtzius* in der volſtändigen Frauenzimmer Bibliothec, darin man alle diejenigen ſchriften findet, die durch Frauenzimmer ſelbſten geſchrieben, aus andern Sprachen ueberſetzet, oder ſonſten herausgegeben vvorden, vvorbey auch kürtzlich Nachricht von ihren leben gegeben vvird; vvie auch alle Schriften, die von Manns perſonen dem Frauenzimmer ſovvohl zur Ehre, als etvvan zur vermeinten Beſchimpfung, ſeyn gedruckt vvorden; ingleichen juriſtiſch-und mediciniſche Bücher, vvelche von den Rechten und Krankheiten des vveiblichen Geſchlechts handeln; quam prelo parat; vid. Nova literaria Lipſ. 1730. pag. 391. Jo. *Sabbatinus* in libro de feminis illuſtribus. vid. *Teiſſeris* Catalogum Biblioth. pag. 200. Guil. *Saldenus* in tractatu de libris, varioque eorum uſu & abuſu, lib. I. cap. I. §. 6 ſq. cujus ἀπόγυνσμα dedit ſub ficto nomine *Chriſtiani Liberii* Germani in Βιβλιοφιλίᾳ ſ. de ſcribendis, legendis & æſtimandis libris Exercitatione, Ultraj. 1681. 12. Paulus Æmilius *Sanctorius* in vitis XII. Sanctarum Virginum & Martyrum, Rom. 1597. fol. Franc. *Sardonatus* in lib. italico de illuſtribus mulieribus, teſte *Teiſſerio* in Catalogo Biblioth. pag. 92. vid. ſupra Jo. *Boccacius*. Joh. *Sauerbrey* in diſſertationibus II. quarum prior ſub præſidio *Jac. Thomaſii* habita eſt, de feminarum eruditione, Lipſ. 1671. 4. Matthias Henrici *Schachtius* in Schediaſmate, exhibente ſpecimen de eruditis mulieribus Daniæ, quod inſertum eſt Novis liter. Maris Balth. 1700. pag. 209 ſqq. Andr. *Schottus* in Phyſica curioſa lib. 3. cap. 32. §. 3. pag. 483 ſq. Jo. Jac. *Schudt* in Judiſchen Merkvvürdigkeiten Part. IV. contin. II. pag. 224. David *Schultetus* in diſſertationibus II. de feminis prima aetate eruditione ac ſcriptis illuſtribus & nobilibus, Witemb. 1703. 4. Wilh. Ignatius *Schützius* in Ehrenpreiſs des hochlöblichen Frauenzimmers, Francof. 1663. & 1673. cui *Poliandinus* perſonatus, ſub quo nomine latet *Jo. Gorgias* Tranſylvanus, oppoſuit den geſtürtzeten Ehrenpreiſs des hochlöblichen Frauenzimmers, 1666. vid. *Jac. Thomaſii* praef. LXXI. Mr. *de Scudery* in Femmes illuſtres, ou harangues heroiques, avec les veritables portraits de ces heroines, tirez des medailles antiques, à Paris 1644. 4. anglice prodiit ſub. tit. the female Orators, or the courage and conſtancy of divers famous Queens and illuſtrious Women, tranſlated out of the French, ed. 3. Lond. 1728. 12. Tho. *de Simeonibus*, vulgo a Monte Leone nuncupatus, in Opere Magno, quod prelo paravit, de feminis eruditis, cujus ſpecimen eſt ejus hiſtorica diſſertatio de tollenda ambiguitate & confuſione inter duas Romanas matronas, Anitiam Faltoniam Probam & Valeriam Faltoniam Probam, Bonon. 1692. 4. vid. Giorn. di Parma 1692. pag. 247. Nicol. *Simonis* in libro uno de Sacris mulieribus, quem ſcripſit, teſte *Teiſſerio* in Catalogo Biblioth. pag. 247. Cyriacus *Spangenberg* in Adel-ſpiegel lib. XIII. cap. 6 ſqq. Otto *Sperlingius* in opere promiſſo de feminis doctis omnium nationum à primis temporibus ad noſtra uſque tempora. vid. *Morhofii* Polyhiſt. lit. lib. I. cap. 19. *Moelſubreri* Acceſſ. ad Almeloveen, p. 110. *Eckarti* Excerpta menſtrua 1700. m. Mart. p. 71. & 1701. p. 23. & Alb. *Thuræ* praef. ad Ideam hiſtoriae lit. Daniae pag. 14. & ad Gynaeceum lit. Daniae pag. 4. Henr. *Spondanus* in Epitome Annalium Eccl. Baronii ad An. CCCCLXXXII. num. 8. ubi feminas recenſet, quibus S. *Hieronymus* Scripturam S. explicavit. Joſua *Stegmannus* in Chriſtognoſiae Parte I. melet 4. pag. 213 ſqq. Henr. *Steinhovelius* in Hiſtorien von den furnemſten Weibern, ſo von Adams Zeiten gevveſen, Francof. 1576. teſte

Sat cito enim, ſi ſat bene. (2) Cum tamen interea mihi in eo jam conſtituto, ut ſummos in Philoſophia honores propediem capeſſam, ſpecimine qualicunque experimenta Profectuum in linguis & artibus ſint edenda, partem decerpſi ex mea Poëtriarum hiſtoria, quæ Græcas complectitur. In quibus cum paſſim notata ſint ex antiquioribus quædam paulo magis recondita, recentiorum errores paſſim deprehendantur, inedita quoque

teſte Baſſeo in Catalogi Parte II. pag. 296. Herman *von Suden* in Gelehrten Critico Tom. I. qu. 26. ubi feminas gradu academico ornatas recenſet. *Tatianus* in Apologia, ſ. Oratione ad Graecos §. 52. pag. 112 ſq. ed. *Worthi*, ubi feminas Graecas recenſet, quarum ſtatuae ſunt fabricatae. Jo. Raviſius *Textor* in Officina, IV. 12. *Thalamon* in templo illuſtrium virorum & mulierum gallice 1538. 8. vid. Jac. *Friſii* Bibliothecam Univ. & *Teiſſerii* Catalogum Biblioth. pag. 299. Jac. *Thomaſius* vid. ſupra Jo. *Sauerbrey*. Jac. Philippus *Thomaſinus* in tractatu de claris mulieribus Patavinis, quem ſcripſiſſe dicitur. vid. *Teiſſerii* Catal. Biblioth. pag. 148. Albert. *Thura* in Gynaeceo Daniae literato, feminis Danorum eruditione vel ſcriptis claris conſpicuo. Altonav. 1732. 8. Andr. *Tiraquellus* in Tractatu de Nobilitate cap. 31. Tom. I. Opp. pag. 197. ſqq. & de legibus connub. & jure mariti in legem Connub. XI. gloſſ. 1. Part. XI. Tom. II. Opp. pag. 185-193. Warnerus Ericus *Tonnemacher*, vid. ſupra Sebaſt. *Kortholtus*. Hieron *Tonſtatus* Ulyſſiponenſis in Tractatu de illuſtribus viris & feminis Ordinis Carmelitici, teſte *Teiſſerio* in catal. Bibliothec. pag. 134. Mr. *de Vertron* in nouvelle Pandore ou femmes illuſtres du ſiecle du Louis le Grand, Tomes II. Pariſ. 1703. 8. vid. Acta Erud. Tom. V. Suppl. pag. 416. Jacob. *de Vitriaco* in libro de feminis Leodienſibus illuſtribus, vid. *Teiſſerii* Catal. Biblioth. pag. 151. Eleonora Chriſtiana *Ulfeldia*, vid. ſupra *Eleonora*. Giſb. *Voëtius* in diſputationum Selectarum Tomo III. pag. 729. ubi feminas haereticas recenſet. Gerh. Jo. *Voſſius* in tractatu de Philologia cap. 2. pag. 9 ſqq. & in add. pag. 81. Jo. Bernh. *Wepplingius*, vid. ſupra Herm. Chriſtoph. *Engelke*. Mich. *Widemannus* in Poëtiſchen Gefangenſchaften & quidem in der abgebüſten Wolluſt pag. 33 ſqq. Henning *Wittenius* in προαυλίῳ Diarii Biographici num. 23. Martinus *Zeilerus* in Theatro tragico, ſ. Franc. von *Roſſet* aus dem frantzöſichen in die teutſche Sprache verſetzten traurigen Geſchichten pag. 582 ſqq. Guſtavus Georg. *Zeltnerus* in diſſ. de feminis ex hebræa gente eruditis, Altorf. 1708. 4. Diſſert. de Priſcilla Aquilæ uxore, ib. 1709. 4. Diſſ. de eruditione Deboræ inter Propheti ſſas ib. 1708. 4. Diſſ. de Alexandra Judæorum Regina, ib. 1711. 4. Diſſ. de Beruria Judæorum doctiſſima femina, ib. 1714. 4. Diſſ. de Rebecca Polona ib. 1719. 4. Theod. *Zvingerus* in Theatro vitæ humanæ Tom. II. pag. 1199 ſqq. Scriptores varii de

quoque nonnulla in lucem protrahantur, quarum partem haud poſtremam à Clar. Præſide mecum communicatam eſſe non ingratus agnoſco, non injucundam illam tractationem fore confido. Prolixior in nonnullis fateor eſſe debuiſſem, ſed modi diſſertationis academicae ratio fuit habenda, nec in ſpecimine opus eſt prolixe exponere omnia, in ipſo Opere libɛrali manu pertractanda. Quod ſupereſt, Lector, juvenili labori fave, dabit ſeria magis ſerior aetas. Tu vero bene vale.

de claris mulieribus Pariſ. 1521. fol. Lobvvürdige Geſelſchaft der gelehrter Weiber, d. i. kurtze hiſtoriſche beſchreibung der Fürnemſten gelehrten verſtändigen und kunſterſahrnen Weibsperſonen, die in der Welt bis auf dieſe zeit gelebet haben, 1631. 4. quem librum *ἀνώνυμ*ὸ prodiiſſe teſtantur *Sauerbrey* diſp. I. de fœminarum eruditione theſ. 2. §. 3. in not. & *Paullini* in Gynæceo erudito pag. 9. Sed *Ebertus* in Muſeo aperto Gynæcei docti præf. (b) 4. b not. 45. auctorem vocat *Joh. Frauenlob,* & (b) 6. b not. 88. mendoſe *Jo. Frauenobis,* atque in ipſo libro paſſim illum allegat. Auctor perſonatus forte in dedicatione vel præfatione nomen mutuatus eſt ab *Henr. Frauenlob* An. MCCCXVII. denato, qui multa in laudem feminei ſexus ſcripſit, & poſt mortem gratitudinis ergo à mulieribus ad ſepulchrum deportatus eſt. vid. *Bælii* Lexicon gallice editum in *Frauenlob* & *Paullini* l. c. pag 8. Sacrum Gynæceum Dominicanum ſ. Sorores Ordinis Prædicatorum, quae ſcriptis claruerunt, & ordine chronologico recenſentur in *Jac. Quetiſ* & *Echardi* Scriptoribus Ord. Praedicatorum Tom. II. p. 830 ſqq. Teatro de le Donne letterate, quod allegatur à *Machiavello* in Bitiſia Gozzadina. Moniales literis operam dantes recenſentur in praef. ad Acta Sanctorum Ord. Bened. Sec. III. Eloge de Mad. Kirch, à l'occaſion de laquelle on parle de quelques autres femmes, & d'un païſan aſtronomes, exſtat in Bibliotheque Germanique Tom. III. pag. 145 ſqq. His addendi ſunt Scriptores, qui eruditos certae cujuſdam regionis vel urbis recenſuerunt.

(2) Id iterum promiſit Auctor in praefamine ad diſſ. 1. de Principibus Poëtis, Lipſ. 1709. 4. editam: *Cur novam hanc materiam mihi elegerim pertractandam, & è contrario priorem de Poëtriis poſtpoſuerim, non una ratio ſuaſit. Cum enim viderem integram Poëtriarum hiſtoriam, cujus aliquod ſpecimen, Poëtrias græcas complexum, ſub moderamine Viri Celeb.* GOTFR. OLEARII *publico examini expoſui, duabus diſputationibus academicis commode abſolvi non poſſe, adeoque peculiari Operi cum Deo & die publicando reſervandam eſſe, inſtitutum meum mutavi, tale argumentum eligendo, quod à nemine, quantum ſciam, pertractatum fuit, quodque aliquam cum priori convenientiam præ ſe fert.*

I.

ALphabeticum ſecuturus ordinem, quem in ſimilibus collectionibus Clariſſ. Viro *Jo. Alberto Fabricio* placuiſſe video, primo loco commemorare deberem AGACLEN. Siquidem de ea ſatis conſtaret certo. At, ut verum fatear, ſuſpectum mihi eſt iſtud nomen, vereorque, ne pro Junone nubes obtrudatur nobis. Sane ejus mentionem nullibi invenio, niſi apud *Gyraldum* dial. III. de poëtarum Hiſtoria Tom. II. Opp. pag. 170. C. & qui eum ſecutus eſt ducem, *Tiraquellum* in XI. legem Connubial. Gloſſæ I. Part. XI. Tom. II. Opp. pag. 188. a. (3) eſtque ſuſpicio, natum id eſſe ex epitheto ἀγακλέος, quod forte alii cuidam Poëtriarum ibi commemoratarum alicubi datum invenit, idque non ſatis intellectum, in nomen Poëtriæ vertit. Certe *Teleſillae*, cujus eo loco meminit, id tribuitur epitheton in *Epigrammate* vetere *Antholog.* lib. I. cap. 67. epigr. 8. v. 5. quod *Teleſillam* ἀγακλέα eam appellat. Eſt vero id ipſum epigramma, ex quo & aliarum Poëtriarum nomina recitat eodem loco *Gyraldus*, quod noſtram certe plus quam veroſimilem conjecturam reddit.

II.

ALBUNEA vel ALBUNA in Sibyllis eſt, de quo nomine multa habet *Gallaeus.* Decimo in eis loco cenſetur à *Varrone* apud *Lactantium* Inſtitut. Div. lib. I. ſegm. 6. pag. 35. ed. Gall. Ἀλβουναίαν ſcribit *Suidas* in Σίβυλλαι, qui eodem numero eam cenſet, vel *Varronem* ob oculos habens, vel ejus aliquem exſcriptorem. *Sarbin* vel *Caſſandram*, vel *Taraxandram* eam alias appellari, quod innuit *Gallaeus*, à veteribus ego non memini affirmari: imo patriam, ætatem quoque, ut veroſimile eſt, & reliqua fere omnia ei ſententiæ adverſa eſſe putem. De ætate quidem ejus non certo conſtat, ſi ordinem tamen temporis, quod par eſt credere, *Varro* in recenſendis Sibyllis obſervavit, aliquanto poſt Solonem & Cyrum eam floruiſſe ex ejus mente oportet, eorum enim ætate *Marpeſſiam* Sibyllam vixiſſe ait, quam ſeptimo loco collocat. Iidem patria Tiburtem

(3) Horum veſtigiis inſiſtit *Laur. Craſſus* in Iſtoria de' Poëti Graeci pag. 12. *Fù Agacle Poëteſſa di celebre Nome, ma di poca fortuna appreſſo gli Scrittori, perche le di lei opere, vita, azioni ſono coperte dall' oſcuriſſime*

burtem vel Tiburtinam dicunt Autores, quo loco eam juxta ripas Anienis cultum & ſacra ſua ætate vel paulo ante habuiſſe *Varro* ait. Addit idem in gurgite ejus fluvii ſimulachrum ipſius inventum eſſe, tenens in manu librum. Sacra ejus volumina in Capitolium tranſtuliſſe Senatum Romanum ex eodem, ut puto, *Varrone Lactantius* refert, confuſa tamen cum reliquis Sibyllarum carminibus eſſe ait, ut invicem diſcerni non poſſint. Unde & ipſam carmine, & græco quidem, oracula reddidiſſe, adeoque inter Poëtrias noſtras nomen mereri, ex Græcis in Italia colonis ortam, minime obſcure colligitur. Carmina, quæ ei ab *Obſopoeo*, *Boiſſardo*, & reliquis tribuuntur, omnia incerta ſunt, & recentiorum figmenta.

III.

ALEXANDRA Priami filia fuit, quæ & CASSANDRA, ſub quo nomine de ea agimus ex inſtituto.

IV.

AMALTHEA Cumana, in Sibyllis & ipſa cenſetur à *Varrone* apud *Lactantium* Inſtitt. Div. lib. I. ſegm. 6. pag. 34. ed. Gall. ſeptima. Ejus locum mirum eſt fugiſſe *Salmaſii* τοῦ πάνυ in Exercitt. Plinian. T. I. pag. 53. diligentiam, tanto conatu alias non impugnaturi eos, qui Cumanam Sibyllam ipſam fuiſſe *Amaltheam* ſtatuunt, quæ libros fatidicos Tarquinio Superbo attulit. Nam quicquid ſit de *Dionyſii Halicarnaſſei* Antiqq. Rom. lib. IV. pag. 259, 25. & *Plinii* Hiſt. nat. XIII. 13. locis, quæ eludere conatur, diſerte id ſane teſtatur *Varro* l. c. *ſeptimam Cumanam nomine Amaltheam*, - - - - eamque IX. *libros attuliſſe ad Regem Tarquinium*; & *Servius* ad *Virgilii* Æneid. VI. v. 72. *obtuliſſe ei IX. libros, in quibus diceret fata & remedia Romana*; qui etiam ipſam illam Sibyllam, quæ libros Tarquinio attulit, oracula eis comprehenſa fudiſſe diſerte addit, eo ipſo, quem *Salmaſius* allegavit, loco, contra quam vellet Vir magnus, quem cœci alii ſequuntur. Nomen habemus etiam apud *Tibullum* lib II. eleg. 5. v. 67. neque dubitem corruptam ejus lectionem apud *Servium* eſſe, apud quem

riſſime caligini dell' antichità. Va da Giraldi nominata in compagnia di Teoſibia, è Niſi, ſimilmente Poetreſſe.
Conjectura tamen Auctoris noſtri omnibus, niſi prorius fallor, perplacebit.

quem MALTEA eſt; *Rutilium* item in Itinere lib. II. v. 53. cujus vulgati ALTAEAM habent. (4) Habemus ergo *Amaltheam* & *Cumanam*, & Sibyllam & carminum fatidicorum auctorem *Varronis* & *Servii* autoritate. Eam ab aliis Demophilen & Herophilen dictam ejuſdem *Varronis* conſtat teſtimonio, vel Hierophilam, ut eſt apud *Suidam* in Σίβυλλαι. Quod ſi verum eſt, quid *Tibullo* l. c. faciemus? qui tanquam diverſam ab Amalthea allegat in iſtis:

Quicquid Amalthea, quicquid Marpeſſia dixit;
Herophile, Phœbo grata, quod admonuit.

Et certe ſunt alii, qui Samiæ Sibyllæ illud nomen *Herophiles* vindicent, ut *Euſebius* lib. poſt. Chronic. ad Olymp. XVII. an. I. alii, qui Delphicæ, ut *Solinus* cap. II. Polyhiſt. ſi genuina eſt lectio, quam apud eum reſtituit *Salmaſius* Exercitt. Plin. Tom. I. pag. 55. a. E. Eam floruiſſe Tarquinii Superbi tempore, ex huc uſque dictis patet circa Olympiadem L. juxta *Solini* computationem. Qua ratione ſolidiſſime evincitur, eam eſſe non poſſe, quæ belli Trojani tempore Æneæ oracula edidit apud *Virgilium* & *Ovidium*, quod ſolide demonſtratum *Salmaſio* concedimus, modo ne ille nobis neget, Cumanam noſtram fuiſſe & Sibyllam, id enim firmiter tenere nos jubet *Varronis* autoritas. Patria vero an duae illae Vates ita diſtinguendae ſint, ut Cumana noſtra, altera Cumaea dicatur, à Κύμη Aſiae iſta, illa à Cumis Italiae, quæ fuit *Rich. Montacutii* in Analectis Exercitt. Eccl. Exerc. IV. ſect. 6. pag. 151. ſententia, exploſa à *Salmaſio*, de eo non multum *Salmaſio* adverſer, cum ab Italiae Cuma vel Cumis omnino Κυμαῖος fieri poſſit, & quae Κυμαῖα *Ariſtoteli* περὶ θαυμασίων ἀκουσμ. apud *Salmaſium* Exerc. Plin. T. I. pag. 52 ſq. eſt dicta, ſit omnino, quae Cumis Italiae fuit. Et antiqua etiam monimenta ſuadent, ex Aſia in Italiam Cumas antiquiorem illam Sibyllam tranſiviſſe. Ceterum ſi non Cumaeam & Cumanam Sibyllam diſtinguere pace *Salmaſii* liceat, Cumanam ſaltem & Cumanam, vel

(4) *Iſidorus Hiſpal.* Originum lib. VIII. cap. 8. *Sibylla ſeptima Cumana nomine Amalthea, quæ novem libres attulit Tarquinio Priſco in quibus erant decreta Romana conſcripta. Ipſa eſt & Cumæa,* de qua *Virgilius* (Ec-

vel Cumaeam & Cumaeam diſtinguere licebit autoritate *Varronis*, qui diſerte quartam Sibyllam Cumaeam in Italia, quam Naevius & Piſo nominent, ſeptimam Cumanam nomine *Amaltheam* memorat: niſi tamen pro Cumaea Cimmeriam ille ſcripſerit poſteriore loco, quod & *Onuphrio* Panvinio in lib. de Sibyllis p. 10. magis placere, & *Lactantii* Codices quoſdam praeferre, & confirmare *Suidam* in Σίβυλλαι, animadverto. Alia de ea taceo, quae paſſim Viris doctis diligenter collecta leguntur, *Gallæo* inprimis in ſuo de Sibyllis Opere.

V.

ANAGORAM Mileſiam inter Poëtrias cenſere quis dubitet? quae decimam Muſam, Lesbiam illam Sapphonem, ſecuta eſt, ejuſque diſciplina profecit. Eam enim in μαθητρίαις ejus diſerte cenſet *Suidas* in Σαπφὼ, unde & de aetate noſtrae conſtat. *Sapphonem* enim ad Olymp. XLIV. *Euſebius* in Chronico retulit. *Apagoram* eam ab aliis dictam, relatum *Tiraquello* in Leg. XI. Connub. Gloſſ. I. Part. XI. Tom. II. Opp. pag. 185. b. cujus tamen autoritate id ei ſit affirmatum, neſcire me fateor.

VI.

ANYTEN circa Olympiadem CXX. floruiſſe ex *Tatiano* (vid. num. XVI.) conſtat, qui ſtatuam ejus ab *Euthycrate* & *Cephiſodoto* factam eſſe ait; eos vero illa aetate floruiſſe ex *Plinio* Hiſt. Nat. lib. XXXIV. cap. 8. ſegm. 19. diſcimus. Patriam ei Epidaurum aſſignaverat *Fulvius Urſinus* in Carmin. IX. Femin. illuſtr. pag. 56. haud dubie nixus teſtimonio *Pauſaniae*, (vid. num. XV.) qui eam ab Æſculapio Epidaurio miſſam ad ſanandum miraculo Phalyſium dicit. At ei Vir magnus *Lucas Holſtenius* in notis ad *Stephanum Byzant.* in Τέγεα contradicit, & Tegeatidem eſſe (5) contendit &c. &c. (vid. ſupra pag. 110. not. 1.) Vitae genus, quod ſecuta illuſtris haec femina fuit, optime ex loco *Pauſaniæ* rimatur Clar. *Kuhnius*, (vid. pag. 107. not. 2.) nempe Χρησμοποιὸν eam ſu-

(Eclog IV. v. 4.) *Ultima Cumæi venit jam carminis ætas. Dicta autem Cumana à civitate Cumis, quæ eſt in Campania, cujus ſepulchrum in Sicilia adhuc manet.*

(5) Conjecturam *Leopardi* & *Holſtenii*, qui Ἀνύτη Τεγεάτις pro Ἀυγὴ apud *Stephanum Byz.* (vid. num.

ſuiſſe, quae reſponſa Æſculapii apud Epidaurios in verſus redegerit, quales praeſto fuiſſe Æſculapio inter alia miniſteria, ex *Luciani* Pſeudomante Tom. I. Opp. pag. 759. colligere eſt, qui impoſtor, uti per alia, ita hac quoque parte, imitari Æſculapii oracula eſt cenſendus. Pro ea vero opera ei Æſculapius præmium, hoc modo, ut *Pauſaniæ* relatum eſt, rependit. Oculis ad coecitatem uſque laborabat Phalyſius, ad eum igitur Æſculapius *Anyten* miſit cum tabulis obſignatis, quas per inſomnium mulier accipere ſibi viſa fuerat, eventu rem comprobante, ubi eſſet expergefacta; manibus enim vigilans tabulas obſignatas tenebat. Has illa, Naupactum delata, Phalyſium amotis ſignis legere juſſit, qui primo fruſtra id ſe tentaturum, cœcutientem quippe, exiſtimavit, Æſculapii tamen nomine in ſpem erectus, reſignavit eas, legitque ipſe, aureorum nummûm bis mille Anytæ eſſe ſolvendos, quos ſolvit, juxta & oculorum malo liberatus fuit. Ita autem hoc munere functa *Anyte* Poëticam facultatem excoluit, ut nomen invenerit in novem Poëtriarum illuſtrium cenſu, quas non novem tantum illuſtribus Poëtis Lyricis, ſed ipſis Muſis novem æmulas quaſi oppoſuit antiquitas. De quibus quid impedit, quo minus *Antipatri* Epigramma ex *Anthologiae* lib. I. cap. 67. epigr. 8. addamus: Τὰς δὲ θεογλώσσους, &c. (vid. *Sapphus* Fragm. num. CXXXVIII) Θεογλώσσους vocat omnes h. e. *linguam Deorum loquentes*, ea vero poëſis eſt, ut ex *Homero* ejuſque interpretibus conſtat

num. XIX.) legendum eſſe exiſtimant, egregie confirmat *Pollux* (num. XVIII.) à quo *Anyte* expreſſe vocatur Τεγεάτις, ejuſque locum Auctorem noſtrum non inſpexiſſe miror, inprimis cum iſte paulo poſt allegetur. Notandum etiam eſt, noſtram (num. XXIII) dici *Mitylenæam*.

(6) Nec non epigramma in Delphinum (num. XXI.) *Anytes* Epigrammata exſtitiſſe in corona *Meleagri* liquet ex verſibus (num. XVII.)

(7) Hic inſerendæ ſunt ARIGNOTE Pythagorica, quæ Βακχικὰ metrice & varia epigrammata ſcripſit, de qua plura proferam in catalogo feminarum Medicarum, Philoſopharum &c. qui propediem cum illarum Fragmentis prelo ſubjicietur. Deinde ARISTOMACHA, cujus mentionem facit *Plutarchus* Sympoſ. lib. V. cap. 2. Tom. II. Opp. p. 675. B. Τοῖς δὲ Πολέμων ὁ τοῦ Ἀθηναίου περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν οἶμαι, ὅτι πολλοῖς ὑμῶν ἐντυγχάνειν ἐπιμελές ἐστι, καὶ χρὴ πολυμαθοῦς καὶ οὐ νυστάζοντος ἐν τοῖς ἑλλανικοῖς πράγμασιν ἀνδρός· ἐκεῖ τοίνυν εὑρήσετε γεγραμμένον ὡς ἐν τῷ Σικυωνίῳ θησαυρῷ χρυσοῦν ἀνέκειτο βιβλίον Ἀριστομάχης ἀνάθημα τῆς Ἐρυθραίας ποιητρίας, Ἴσθμια νενικηκυίας. Denique ARISTOCLEA Sacerdos Delphica, de qua *Porphyrius* in vita *Pythagoræ* §. 41. pag. 41. ed. *Kuſt.* Ἄλλ' ἅττα ἐπαίδευεν, (Πύ-

conſtat. Ampliſſimo vero præterea elogio Anyten noſtram ornat, cui *ςόμα* tribuit, quæ & *Æſchyli* laus apud veteres, vid. *Plutarchum* de Gloria Athen. T. II. Opp. p. 348. D. eamque, quod *Homerus* in maribus, id in feminis eſſe dicit. Exſtant vero hujus Anytes in *Anthologia* Epigrammata XIV. quæ in Carminibus IX. feminarum illuſtrium deſcripſit *Fulvius Urſinus*, editis Antwerpiæ ex typographeo Commeliniano 1595. Eis addi jam poteſt quod ex *Holſtenio* ſupra exhibuimus, (vid. num. XX.) ut & aliud apud *Julium Pollucem* (vid. num. XVIII.) *(6)* Denique inedita adhuc quatuor in *Agathii Scholaſtici* Collectione veterum Epigrammatum, quam ex Schedis Holſtenianis deſcripſit, atque nobiſcum pro ſua humanitate communicavit Vir legum pariter ac omnis elegantioris literaturæ conſultiſſimus D. C. G. *Goetzius*. Ea vero, non eſt, cur Lectoribus φιλέλλησι invideamus. (vid. num. XXII--XXV.) *(7)*

VII.

ARTEMIS, latine Dianam diceres, Delphica Sibylla dicta fuit, quam tertio in Sibyllis loco cenſuit *Varro* apud *Lactantium* Div. Inſtitutt. lib. I. ſegm. 6. p. 33. ed. Gall. & eum, ut videtur, ſecutus *Iſidorus* Origg. lib. VIII. cap. 8. *Chryſippus* quoque ejus meminit in libro, quem de divinatione compoſuit, apud *Lactantium* l. c. Ut ex *Varrone* ſaltem non habeat *Onuphrius Panvinius* de Sibyllis pag. 7. quod dicit primum ei inter Sibyllas locum deberi, id quod ſecutus etiam

(Πυθαγόρας) ὅσα παρὰ Ἀριστοκλείας τῆς ἐν Δελφοῖς ἔλεγεν ἀκηκοέναι· & *Suidas* in Τάδ' ἐκ τοῦ Τρίτου· τίθεται ἐπὶ τῶν πάνυ ἀληθῶν. Ἀριστοκλείᾳ γὰρ τῇ Πυθίᾳ γινομένῃ μιχθῆναι τὸν ἀδελφὸν, καὶ τῶν ὑπ' αὐτῆς μαντευμάτων παρασημειοῦσθαι, ὅσα ἔχρησεν ὁ Θεός· καὶ ταῦτα ὡς ἀληθῆ παρασημειοῦσθαι, ὡς ἐκ τοῦ Τρίτου. Hæc à *Laërtio* lib. VIII. ſegm. 8. vocatur *Themiſtoclea*: φησὶν Ἀριστόξενος τὰ πλεῖστα τῶν ἠθικῶν δογμάτων λαβεῖν τὸν Πυθαγόραν παρὰ Θεμιστοκλείας τῆς ἀδελφῆς· & ſegm. 21. ὁ αὐτὸς (Ἀριστόξενος) φησιν (ὡς προείρηται) καὶ τὰ δόγματα λαβεῖν αὐτὸν παρὰ τῆς ἐν Δελφοῖς Θεμιστοκλείας. *Suidas* autem in Πυθαγόρας illam appellat *Theocleam*: τὰ δόγματα ἔλαβε παρὰ τῆς ἀδελφῆς Θεοκλείας. Dicitur etiam Pythagoras Ariſtocleæ frater in *Mich. Apoſtolii* Proverbiis Cent. XVII. num 86. & in *Photii* Lexico MS. in τάδε ἐκ τοῦ τρίτου· τίθεται ἐπὶ τῶν πάνυ ἀληθῶν· Ἀριστοκλείᾳ γὰρ τῇ Πυθίᾳ γενομένῃ μιχθῆναι Πυθαγόραν τὸν ἀδελφὸν, καὶ τῶν ὑπ' αὐτῆς μαντευμάτων παρασημειοῦσθαι, ὅσα ἔχρησεν ἔνθεος γενομένη, καὶ ταῦτα ὡς ἀληθῆ παρασημειοῦσθαι, ὡς ἐκ τοῦ τρίτου. Sed *Mer. Caſaubonus* ad *Laertii* Lib. VIII. ſect. 8. & *Menagius* in Hiſtoria Mulierum philoſoph. §. 77 ſq. recte probarunt, apud *Laërtium* l. c. & *Suidam* in Πυθαγόρας pro ἀδελφῆ legendum eſſe ἐν Δελφοῖς. In oraculis vetuſtis ad calcem Sibyllinorum ab *Opſopoeo* & *Galläo* exhibitis, verſus *Ariſtocleæ* nominatim haud proferuntur, quod forſan quis ex verbis Celeb. *Fabricii* Lib. I. cap. 17. §. 4. Bibliothecæ Gr. pag. 109. ed. 2. conjicere poſſet.

etiam fuit Jo. *Aitzma* in Speculo Sibyllarum belgice edito pag. 667. Non tamen erat, cur *Gallæus* de Sibyllis cap. 4. pag. 87. ita ſimpliciter affirmaret, nullam ejus rei rationem adduci potuiſſe. Non dubito enim Viris doctis ob oculos fuiſſe textum *Pauſaniae* lib. X. in Phocicis cap. 12 pag. 825. quo illam *Herophilam* dixit, & Σίβυλλαν, ἐπίκλησιν τὴν πρότερον γενομένην. Quamvis ipſe fatear in eo quoque textu præſidii *Onuphrio* & *Aitzmæ* parum eſſe. Si enim totum inſpicias penitius, ita vero habet: πέτρα δέ ἐστιν ἀνίσχουσα ὑπὲρ τάυτης. Ἐπὶ ταύτῃ Δελφοὶ στᾶσάν φασιν ᾆσαι τοὺς χρησμοὺς ὄνομα Ἡροφίλην, Σίβυλλαν δὲ ἐπίκλησιν τὴν πρότερον γενομένην· facile deprehendes eum eſſe ſenſum: Petram ibi conſpici, cui inſiſtens oracula fuderit *Herophile*, qua Sibyllæ cognomen jam antea, quam Delphis ſcilicet Apollinis ageret ὑποφῆτιδα (non prima tamen propterea) obtinuerit. Niſi plane Viri illi docti, ſequentia verba, quibus mater ejus Lamia πρώτη Χρησμοὺς ᾆσαι dicitur, obiter inſpicientes, ad *Herophilen* Delphicam retulere. At in eo *Onuphrium* humani aliquid paſſum puto, quod *Plinium* Hiſtoriæ Naturalis lib. XXXIV. cap. 5. ſegm. 11. ejus meminiſſe cenſet. Loco enim, quem indicat, *Plinii*, non de Delphica Sibylla agitur, ſed de ea, quæ Romanis rebus intervenit, Tarquinii ætate, & quam Cumanam dicunt omnes atque *Amaltheam*, de qua nos paulo ante. Ceterum *Artemidis* nomen noſtræ vindicat *Pauſanias* l. c. ipſius autoritate, nam id ſibi in verſibus ſuis paſſim eam tribuere docet, ex Heraclide vero *Clemens Alexandrinus* Stromat. lib. I. ſegm. 21. pag. 323. ed. Pariſ. & *Suidas* in Σίβυλλαι. *Herophilam* tamen, vel ut alii malunt, *Erophilam* etiam dictam *Pauſanias* memorat. Quod firmat emendationem τοῦ πάνυ *Salmaſii*, quam in textu *Solini* cap. 2. ſuſcepit, *Herophilæ* nomen noſtræ Sibyllæ, non Erythrææ aut Samiæ, tribuentis, quod tamen *Salmaſium* ſtatuere, male ejus ſententiam aſſecutus putaverat Jo. Aitzma l. c. ut *Gallæo* l. c. jam obſervatum. Cognomen ego id putem *Herophiles*, perinde ac Sibyllæ vocem pluribus, ut paſſim patebit, commune. De patria ejus res magis impedita eſſe videtur. Delphis natam eſſe ait *Suidas* l. c. & Iſidorus l. c. qui in templo Delphici Apollinis genitam narrat, qua fulti id dicant autoritate ambo, neſcimus. Marpeſſo ortam *Pauſanias* l. c. tradit. Hinc *Tibullo* lib. II. el. 5. v. 67. etiam Marpeſſia dicitur, ex

cujus

cujus loco depravate lecto neſcio quam Marſepiam Poëtriam nobis finxit *Tiraquellus* ad Leg. Connub. XI. Gloſſ. I. Part. XI. Tom. II. Opp. pag. 189. a. Marpeſſiam tamen ſuam *Tibullus* ab Herophile diſtinguit, Samiam forte *Herophilam* intelligens. Illuſtris *Salmaſius* Exercitt. Plin. T. I. pag. 55. b A. ſubſtitui *Marmeſſum* vel *Mermeſſum* & *Mermeſſia* malebat, pariter ac apud *Martianum Capellam* lib. II. de nuptiis Philologg. cap. 20. pag. 40. ed. Plantin. apud quem *Marmenſi* filia dicitur, h. e. *Marpeſſii*, vel ut juxta *Salmaſium* legendum, *Mermeſſii. Marpeſſus* qvoque legitur apud *Lactantium* l. c. Non dubitem ego tamen, recte ſuſpicatum *Salmaſium* eſſe, eſt enim Troica urbs Mermeſſus ἐρυθρὰ τῷ χρώματι ob terram ſubruffam & torridam, ut diſerte *Stephanus Byz.* in Μερμησσὸς teſtatur; unde etiam *Erytbra* dicta ſecundum *Dionyſium Halicarnaſſeum* Antiqq. Rom. lib. I. pag. 44, 47. & lib IV. pag. 260, 28. Idem vero plane de patria ſua ipſa canit apud *Pauſaniam* l. c. *Artemis* noſtra:

- - - - - - - - πατρὶς δέ μοί ἐστιν ἐρυθρὴ
Μάρπησσος.

Atque inde Erythrææ Sibyllæ nomen hæſiſſe noſtræ, idem *Stephanus* docet, ut juxta illum eadem ſit Erythræa cum noſtra Sibylla; & ſaltem hac parte non deſtituatur autoritate Caſp. *Peucerus* in Comment. de præcipuis divinationum generibus cap. de Θεομαντεία pag. 270. à variis locis denominatam hanc Sibyllam docens, & Erythræam quoque inter alia. Intelligo autem *Erytbræam* antiquiorem, à juniore, Erythræ in Ionia nata diſtinguendam, præeunte *Strabone* Geogr. lib. XIV. pag. 645. & lib. XVII. pag. 814. & *Suida*. Antiquiorem oraculorum quoque argumenta eandem cum noſtra eſſe oſtendunt. Quamvis alii *Erytbræam* à *Delphica* Sibylla h. e. *Artemide* diſtinguunt, imo & *Marpeſſiam*, (quam & *Helleſpontiacam* vocant, quod Marpeſſus vel Mermeſſus in Helleſponto Aſiæ ſit) ab utraque faciant diverſam, ut *Varro* apud *Lactantium*, qui Phrygiam ab illis omnibus diſtinguit, cum tamen *Artemin* Phrygiam dicat *Heraclides* apud *Clementem Alex.* l. c. unde cum *Caſſandra* eſſe eandem, quæ itidem Phrygia dicta Sibylla eſt, ſuſpicio poterat oriri. Sed quicquid ejus rei ſit, eorum mihi potior autoritas, qui *Artemin* Mermeſſi in Phrygia natam dicunt, Delphi-

cam appellatam ſtatuentes, quod Delphis ὑποφῆτιδα egerit, niſi quis plane Delphicam *Suidæ* & *Iſidori* Sibyllam à noſtra diſtinguere malit, quod non committendum puto, cum ceteris pleriſque nomine ſcilicet & aetate conſentiant utrinque dicta. Eandem Trojanam vocat Martianus Capella lib. II. de Nupt. Philol. cap. 20. p. 40. nam Trojanis rebus Phrygia & Ida mons accenſetur. Sane eſſe Capellae Sibyllam cum noſtra eandem, paulo poſt uberius patebit. Neque alia eſt à noſtra *Gergithia* Sibylla; namque & illud Troados oppidum ſibi honorem natalium ejus vindicabat, eaque de re cum *Mermeſſo* certabat. vid. *Gallaeum* l. c. niſi tamen ei reï obſtet, quod *Gergithiam* Solonis & Cyri aetate floruiſſe *Suidas* ait. Noſtra enim ante Trojam evaſtatam fuit. *Theſſalam* facere eandem *Suidam*, neſcio quid cogitans *Gallaeus* l. c. ſtatuit, male confundens omnia, & nulla de cauſa, quae de *Manto* Tireſiae filia ille habet, ad *Delphicam Sibyllam* referens, quae diverſa eſt Suidae ab illa *Manto*, uti videtur. *Thebanam* vero facit hanc noſtram *Onuphrius Panvinius* lib. de Sibyllis l. c. nulla, ut puto, idonea nixus autoritate. Nempe ad noſtram refert, quae *Diodorus Siculus* lib. IV. pag. 187. de alia Sibyllarum, Delphis vaticinata, narrat, quam *Daphnem* dicit Tireſiae filiam, ab Epigonis inter manubiarum primitias Delphis conſecratam, de qua ſuo agemus loco, ubi & ſententiae *Onuphrii* originem indicabimus. Certe eo conveniunt, quod Delphis utraque ὑποφῆτιδα egerit, Sibyllae nomen quod geſſerit utraque, & verſus utriuſque *Homerus* quod compilaverit: quae an ſufficere poſſint ad hoc, ut unam dicamus utramque in tanta reliquorum utrinque differentia, prudentiores judicent. Putem igitur eandem eſſe *Artemin*, quæ & *Delphica* Sibylla dicta fuit, & *Phrygia*, & *Trojana*, & *Mermeſſia*, & *Erythraea*, & *Gergithia*, & *Helleſpontiaca*, de quibus ſeorſim, cur ageret proinde, cauſa non erat *Gallaeo*, multa congerenti ex rivulis, de quibus ſanius judicae poterat, ſi fontes conſuluiſſet. At & *Cumanam* Sibyllam eandem cum *Erythraea* facit *Ariſtoteles*, Cumanam non à patria ſed ſede in Italia eam dictam eſſe ab Italis, *Melachraenam* quoque ab aliis cognominatam, lib. περὶ ἀκουσμ. θαυμ. T. I. Opp. p. 880. E. teſtatus: Hanc *Cumanam* Sibyllam Deiphoben Glauci filiam facere videtur *Virgilius* Æneid. VI.

v. 36. ad quem videndus eſt *Servius*. Eam autem ut unam cum noſtra ſtatuamus, neqve repugnat ætas, nam Cumanam antiquiorem ad tempora Trojana pertinere ſupra vidimus; neque nomen, *Herophile* enim *Artemis* noſtra dicta, idque *Cumanae* quoque Sibyllæ fuiſſe dicitur *Lactantio* & *Suidae*, quamvis ab eis per errorem forte tranſlatum ſit ad *Cumanam* poſteriorem, cum primæ deberetur. Nec quicquam adeo obſtare video, quo minus eam cum noſtra eandem ſtatuam. An vero noſtram cum *Sicula*, *Samia* quoque, *Rhodia* & *Claria* eandem dicere debeam cum *Peucero* de Divinat. l. c. neſcio. Non quidem ita omni is deſtituitur autoritate, ac viſum *Gallaeo* l. c. pag. 89. *Suida* enim praeeunte ita ſtatuit, qui *Erythraeam* Sibyllam, quae eadem cum noſtra, non ab iſtis tantum locis, ſed *Sardianam* quoque praeterea & *Libyſſam* & *Lucanam* ab aliis appellari dicit. Cui concinit ex parte melior *Pauſaniae* lib. X. in Phocicis cap. 12. pag. 827. autoritas, qui *Artemin* noſtram majorem vitae partem egiſſe *Sami*, & *Claron* etiam veniſſe, veniſſe *Delphos* dicit. Imo idem ait, matrem ejus inter Afros vitam egiſſe, & Sibyllae ab iis nomen reportaſſe, à qua *Libycae* appellationem & noſtra retinere potuit. *Eliſſae* nomen quod *Libycae* Sibyllae tribuit *Suidas*, in Africa forte geſſit, videtur enim id eſſe, quod Didonis haeſit ſorori: inter Graecos Graecum tulit. Sic *Libyſſa* igitur ſaltem fuerit *Artemis* noſtra & *Samia*, quam *Samoriſtam* cum ſcribit dictam *Iſidorus*, nihil aliud dicere videtur, quam *Samiam*, *Phytus* vero nomen à *Suida*, ei datum in Samo gerere potuit. Niſi alia tamen *Samia junior* praeterea extitit, quam *Iſidorus* l. c. & *Auguſtinus* de Civ. Dei XVIII. 24. ad Numae Pompilii tempora referunt. Noſtrae enim aetas, ut jam de ea dicamus, in tempora paulo Trojae excidio priora incidit,ut ex *Pauſaniae*, *Solini* & *Suidae* locis conſtat, *Bocchi* item, cujus autoritate *Solinus* utitur, pro quo neſcio quem *Boëthum Onuphrius* nobis obtrudit. Eandem vero *Erythraeae* Sibylllae aetatem omnes produnt, *Apollodorus* inprimis apud *Lactantium* , & *Strabo*, qui eam antiquiſſimam dicit, & altera *Erythraea*, quae circa Alexandi M. tempora vixerit, majorem. Suidas *Erythraeae* antiquioris & junioris res confudiſſe videtur. Matrem noſtrae *Artemidis Lamiam* refert *Pauſanias* , quam *Sidoniam* facit *Clemens Alexandrinus* lib. I. Strom. ſect.

15.

15. pag. 304. Neptuni filiam *Pauſanias.* Hinc L*amiam* illam Nympham ex Idæis & immortalem facit ipſa *Artemis*, verſibus quibuſdam à *Pauſania* allegatis, apud quem etiam *Lamiam* illam mulierem primam vaticinatam, & ab Afris Sibyllam nominatam refertur. Eandem matrem *Erythraeae* Sibyllæ vendicat *Suidas*, ut hinc quoque conjecturam ducere liceat, eandem eſſe antiquiorem *Erythraeam*, quæ eſt *Artemis* noſtra; ſed tamen *Hydolem* matrem ejus aliis appellari, eidem *Suidae* traditum. Patrem noſtræ Jovem *Pauſanias* ait à quibuſdam ſtatui, Apolline natam *Suidas* dicit *Erythraeam*, eandem cum noſtra; facile invicem conciliandi. Nempe obſervat *Pauſanias*, ipſam ſeſe *Artemin* noſtram in verſibus ſuis modo uxorem, modo ſororem, modo filiam Apollinis vocare, atque ita quidem eam μαινομένην atque poëtice loqui ait, ob cognationem ſcilicet artis divinæ, eodemque forte animo Jovis alicubi ſe filiam dixit, quod eſſet ei chariſſima, conſiliorumque ipſius particeps. Sobriam vero, uti loquitur, πατρὸς ἀνθρώπȣ ſe fateri eidem *Pauſaniae* obſervatum eſt, πατρὸς inquam κητοφάγοιο, ut ipſa loquitur; pro quo σιτοφάγοιο ſubſtituendum non dubitem: ea enim hominis apud *Homerum* deſcriptio, quem ex noſtræ *Artemidis* verſibus multa decerpſiſſe paulo poſt audiemus. Illius vero nomen varium rurſus redditur apud *Suidam*, qui dicit aliis *Ariſtocratem* aliis *Crinagoram* eum appellari; *Theodorum* vero vocari *Hermippi* autoritate, cujus rei etiam *Pauſanias* meminit, qui Paſtorem hunc *Theodorum* ait fuiſſe. Niſi tamen haec ad juniorem potius Sibyllam Erythris in Ionia natam pertineant; ſane enim has ſibi vindicare Sibyllam, de qua iſta tradit, diſerte *Pauſanias* ait: quamvis diſſimulandum non ſit, ipſum *Pauſaniam* clare ſatis innuere, ipſam ſe hanc *Artemin* intelligere noſtram, in cujus verſibus dicit omitti ab Erythraeis Ionibus ea, quae de Mermeſſo patria ſua in iis canat Sibylla. Forte igitur ab ipſis Erythraeis ea confuſio jam olim admiſſa. Apollinis *Sminthei* apud Alexandream Troados eam ſacerdotem fuiſſe apud eundem *Pauſaniam* legimus, ibique

(8) Eſt illud:

Εἰμὶ δ' ἐγὼ γεγαῦα μέσον θνητȣ̃τε θεᾶς τε
Νύμφης δ' ἀθανάτης, πατρὸς δ' ἂυ κητοφάγοιο,
Μητρόθεν Ἰδογενὴς, πατρὶς δέ μοί ἐστιν ἐρυθρὴ
Μάρπησσος, μητρὸς ἱερὴ, ποταμὸς δ' Αἰδωνεύς.

De

que Hecubae ſomnium conjectaſſe ita, ut eventus tulit. Eo pertinere puto, quae *Suidas* habet, cum Troica eam praedixiſſe dicit, & ipſe paulo ante *Pauſanias*, eam ante vaticinatam inquiens, Aſiae & Europae perniciem, Spartae Helenam educatum iri, propter quam Ilio à Graecis excidium immineat, quae eadem ex Boccho, memoria falſus, citat *Gyraldus*. Sami multum verſatam & Clari & in Delo eidem *Pauſaniae* relatum. Delphis item petrae inſiſtentem oracula ſudiſſe teſtis eſt *Clemens Alexandrinus* l. c. pag. 304. qui monſtratum in curia Delphica illud ſaxum ait. Carmina eam aliquam multa reliquiſſe ſcripta, eaque tanti viſa *Homero*, ut ex illis decerperet flores carminibus ſuis ornandis, *Boccho*, *Iſidoro*, & *Suidae* relatum, qui & χρησμῶν ejus· δι' ἐπῶν expreſſe meminit. Hymnos ejus in Apollinem Delios memorare, eſt apud *Pauſaniam*, qui & fragmentum ejus quoddam exhibet l. c. p. 826. (8) De reliquis fragmentis à *Boiſſardo*, *Aitzma*, & aliis ei aſſignatis incerta ſunt omnia. Mortem in Troade ei obtigiſſe idem ait, ſepulchro quoque deſcripto, ac epitaphio exhibito. Sunt, qui Babyloniam eam dicunt, neſcio quo commentitio carmine decepti, & Noae nurum, cum eo in arca ſervatam, de quibus nugis affatim *Gallaeus*, nos ad certiora pergemus.

VIII.

ASPASIA (9) Periclis amoribus, Socrate diſcipulo celeberrima femina, Poëtica facultate non minus, quam Philoſophiae & eloquentiae ſtudiis praeſtitit. De ejus vita, moribus, rebus geſtis & reliquis eo pertinentibus affatim ex *Plutarcho* maxime, *Ariſtophane*, *Platone*, *Suida*, ante omnes alios nominandus egit *Menagius* de mulieribus Philoſophis ſegm. 6. ad quem Lectores ablegamus. Carminum vero ejus inſigne fragmentum, quo Socratem docet, ut Alcibiadem adamatum ſibi debeat conciliare, apud *Athenaeum* l. V. p. 219. C. habemus.

ASTYA-

(9) De illa plura proferre conſtitui in Catalogo feminarum medicarum, Philoſopharum &c. quia Elegantiſſimus *Baelius* in Lexico Hiſtorico v. *Pericles* not. N. merito dubitat, illam inter Poëtrias numerandam eſſe, quum ſolus *Athenaeus* lib. V. pag. 219. B. tradat, carmina ipſi attributa & ab *Herodico Cratetio* publicata eſſe: Ἐν τοῖς φερομένοις ὡς αὐτῆς ἔπεσιν, ἅπερ Ἡρόδικος ὁ Κρατήτιος παρέθετο.

IX.

ASTYANASSA, Helenæ, quæ Trojam amoribus ſuis exuſſit, ancilla fuit. Cui quod formæ forte præſtare non poterat excellentia, ſtyli protervia licuit, ut Trojano gravius incendium in juvenilibus pectoribus accenderet. Ut à *Suida* (10) enim habemus, prima ea varium Veneris ingenium formaſque varias laſcivo penicillo delineavit. Metrice id factum eſſe vulgo creditur, nec vero abſimile eſt, cum oratio pedeſtris, in qua quidem aliquid ſit artis, poëtica ſit recentior, teſte *Strabone* Geogr. lib. I. pag. 18. & *συγγράμματα* arte poſt Trojana demum tempora conſcribi cœperint. Eam cur cum Elephantide confuderint nonnulli, quod *Tiraquello* in leg. Connubial. XI. Gloſſ. I. Part. XI. Tom. II. Opp. p. 185 b. obſervatum, nulla ratio patet.

X.

ATHENAIS in Sibyllis eſt rurſus, Erythris orta, non tamen cum *Erythræa* antiquiore, h. e. *Artemide*, de qua nos ſupra, confundenda, à qua diſerte diſtinguit *Strabo* Geogr. lib. XIV. pag. 645. Orta autem illa Ionicis Erythris, unde natam confuſionem puto, quo antiquiorem etiam illam *Erythraeam*, Phrygiae Erythris ortam, Ioniæ plerique vindicant. Alexandri M. ætate eam floruiſſe ex eodem patet *Strabone*, de quo eam nonnulla ceciniſſe teſtatur. Ceterum in Poëtriis celebris alia quoque *Athenais*, h. e. *Eudocia* Auguſta, de qua infra agemus.

XI.

ATTHIDEM Lesbiam feminam, an inter Poëtrias referre debeam, dubius hæreo. Certe in *ἑταίραις* *Sapphus* eam cum Teleſippa & Megara cenſet *Suidas* in Σαπφώ, attamen idem diſtinguit mox *μαθητρίας* ejus ab *ἑταίραις*, ut iſtam qui-

(10) In Ἀστυάνασσα· Ἑλένης τῆς Μενελάου θεράπαινα· ἥτις πρώτη τὰς ἐν τῇ συνουσίᾳ κατακλίσεις εὗρεν, καὶ ἔγραψε περὶ σχημάτων συνουσιαστικῶν· ἣν ὕστερον παρεζήλωσαν Φιλαινὶς καὶ Ἐλεφαντίνη, αἱ τὰ τοιαῦτα ἐξορχησάμεναι ἀσελγήματα.

(11) Vid. vitam *Sapphus* Fragmentis ejus præmiſſam pag. XIV.

(12) Ἀλέξανδρος (ὡς ἔοικεν) τοῦ νικᾶν τοὺς πολεμίους τὸ κρατεῖν ἑαυτοῦ βασιλικώτερον ἡγούμενος, οὔτε τούτων ἔθιγεν, οὔτε ἄλλην ἔγνω γυναῖκα πρὸ γάμου, πλὴν Βαρσήνης. Αυτη δὲ μετὰ τὴν Μέμνονος τελευτὴν χήρα γενομένη, περὶ Δαμασκὸν ἐλήφθη· πεπαιδευμένη δὲ παιδείαν ἑλληνικήν, καὶ τὸν τρόπον ἐπι-

quidem aliis omnibus, quam poëticis luſibus, ſe cum *Sapphone* oblectaſſe ſit veroſimile. Attamen & *Erinnam,* inſignem certe poëtriam, idem *Suidas* ἑταῖραν *Sapphus* appellat, forte utriſque luſibus aptam. Neque enim omnes, quæ in ἑταίραις Muſæ Lesbiæ cenſentur, poëtica facultate valuiſſe exiſtimem; unde reliquos *Anactoriam* nempe vel *Anactonem*, *Andromedam*, *Cydno*, *Gorgonem*, *Gyrinam*, *Megaram*, *Mnaida*, *Pyrino*, *(*11*)* quæ tantum, ut ejus ἑταῖραι, non ut μαθήτριαι à veteribus commemorantur, opera data in hacce collectione prætereo.

XII.

Tegeatidem feminam AUGEN inter Poëtrias referre, neſcio an ſatis ſit tutum. Ejus in Lyrico carmine egregiam laudem fuiſſe ex *Stephano* Grammatico voce Τέγεα (vid. *Anytæ* fragm. num. XVIII.) colligas, à qua μελοποιὸς vocatur. Sane ei in Poëtriarum clariorum cenſu locum reliquit *Gyraldus*, eo ipſo *Stephani* teſtimonio nixus. At controverſiam ei movent P. *Leopardus* & *Lucas Holſtenius*, qui relegata è textu *Stephani* AUGE eidem ANYTAM ſubſtituunt, qua de re ſupra in *Anyta* plura diximus. An optimo jure id factum ſit, ex illis judicabunt doctiores. Sane Græcum eſt nomen AUGES, nec aliud fundamentum emendationis ſuæ Viri docti habuere, quam ſuſpicionem nixam literarum aliqua convenientia.

XIII.

BARSINE vel *Barſene*, utramque enim lectionem Codices *Juſtini* præferunt, favet illi *Diodorus* biblioth. lib. XX. pag. 742. & *Curtius* lib. X. cap 6. §. 11. huic *Plutarchus* in vita Alexandri M. Tom. I. Opp. pag. 676 D. *(*12*)* *(Marſinen* (13) enim, qui præferant ejudem *Juſtini* Codices, ut *Tiraquello* notatum, non inveni) Alexandri M. amoribus famoſiſſima mulier fuit. Ea Artabazo

ἑλληνικῆς οὖσα, καὶ πατρὸς Ἀρταβάζου, γεγονότος ἐκ βασιλέως θυγατρὸς, ἐγνώσθη, Παρμενίωνος προτρεψαμένου τὸν Ἀλέξανδρον, (ὥς φησιν Ἀριστόβουλος) καλῆς καὶ γενναίας καὶ τὸ κάλλος ἅψασθαι γυναικός.

(13) *Freinſhemius* in notis ad *Curtii* lib. X. cap. 10. §. 11. obſervat, corrigendum eſſe in hujus mulieris nomine *Porphyrium* apud *Euſebium* in Χρονικῶν λόγῳ πρώτῳ de regno Macedonico pag. 63. ed. 1658· Κατέλιπε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος παῖδας, Ἡρακλέα τε ἐκ Μαρσίνης τῆς Φαρναβάζου, Ἀλέξανδρόν τε ἐκ Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου τοῦ Βάκτρων βασιλέως. Pro Μαρσίνης ſcribe Βαρσίνης.

bazo genita Regii generis viro fuit, teſte Plutarcho l. c. Errare enim virum doctiſſimum, Matthiam *Berneggerum* ad Juſtini lib. XI. cap. 10. qui ex *Arriano* lib. VII. de Exped. Alexandri cap. 4. pag. 278. ed. Gron. colligebat, Darii eam filiam exſtitiſſe, deceptum falſa lectione *Arriani*, jam pridem obſervatum Clariſſimis Viris *Jo. Vorſtio* ad *Juſtini* l. c. & *Nic. Blancardo* ad *Arriani* l. c. pag. 447. errorque luculentis *Plutarchi* locis revictus. Primis nuptiis Menoni cognita, poſt mortem ejus Damaſci captiva facta, victorem vicit, legemque amoris ei impoſuit. Nempe illecebris feminæ, forma ſingulari, ingenio & moribus ſuaviſſimis, græcis præterea literis cultæ, reſiſtere non poterat amplius, quem totum Darii gynæceum, ſpectatiſſimarum formarum copiam ipſi ſuppeditans, fruſtra ſolicitaverat. Scilicet conciliatore amoris accedente Parmenione, hanc ſolam dignam judicavit, cui florem juventutis impenderet, ea enim excepta, cum nulla ſe ante nuptias muliere oblectavit. vid. *Plutarchum* l. c Filium autem ex ea Herculem ſuſcepit, ut teſtantur *Plutarchus* in vita Eumenis Tom. I. Opp. p. 583. C. (14) *Juſtinus* l. c. *Pauſanias* lib. IX. in Boeoticis cap. 7. pag. 725. *Diodorus* l. c. & alii. Inde Darii filiae nuptias ſecutus, *Barſinen* ſuam Eumeni permiſit, ut ejus ſororem Apamam *Ptolemæo*, teſte *Plutarcho* l. c. Ipſa poſtremo cum filio Hercule Caſſandri ambitione periit. vid. *Juſtinum* lib. XV. cap. 2. §. 3. Eam graecis literis ingenium praeclare cultum habuiſſe jam dictum, poëtriam vero fuiſſe oportet, ſi vere eſt ejus hymnus in Neptunum, quem

(14) Διὸ Νεοπτολέμου τοῦ Ἀρχιυπασπιστοῦ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν λέγοντος, ὡς αὐτὸς μὲν ἀσπίδα καὶ λόγχην, Εὐμενὴς δὲ γραφεῖον ἔχων καὶ πινακίδιον ἠκολούθει, κατεγέλων οἱ Μακεδόνες, μετὰ τῶν ἄλλων καλῶν τὸν Εὐμενῆ, καὶ τῆς κατὰ τὸν γάμον οἰκειότητος ὑπὸ τοῦ βασιλέως εἰδότες ἀξιωθέντα. Βαρσίνην γὰρ τὴν Ἀρταβάζου πρώτην ἐν Ἀσίᾳ γνοὺς ὁ Ἀλέξανδρος, ἐξ ἧς υἱὸν ἔσχεν Ἡρακλέα, τῶν ταύτης ἀδελφῶν, Πτολεμαίῳ μὲν Ἀπάμαν, Εὐμενεῖ δὲ Βαρσίνην ἐξέδωκεν, ὅτε καὶ τὰς ἄλλας Περσίδας διένειμε καὶ συνῴκιζε τοῖς ἑταίροις.

(15) *Boco* mendoſe vocatur in *Gyraldi* dial. 3. de Poëtarum hiſtoria Tom. II. Opp. pag. 118. C. Eam nominat Βοιὼ præter *Pauſaniam Clemens Alexandr.* Strom. lib. I. ſegm. 21. pag 333.

(16) Βοιὼ ἐπιχωρία γυνὴ ποιήσασα ὕμνον Δελφοῖς, ἔφη κατασκευάσασθαι τὸ μαντεῖον τῷ Θεῷ τοὺς ἀφικομένους ἐξ Ὑπερβορέων τούς τε ἄλλους καὶ Ὠλῆνα· τοῦτον δὲ καὶ μαντεύσασθαι πρῶτον, καὶ ᾆσαι πρῶτον τὸ ἑξάμετρον. Πεποίηκε δὲ ἡ Βοιὼ τοιάδε·

Ἔνθα τοι εὔμνηστον χρηστήριον ἐκτελέσαντο
Παῖδες Ὑπερβορέων Παγασὸς καὶ δῖος Ἀγυιεύς.

Ἐπε-

quem neſcio qua autoritate *Tiraquellum* in Leg. Connub. XI. gloſſ. 1. Part. XI. Tom. II. Opp. pag. 186. ei tribuere animadverto. At vereor, ne Mœro forte ſit obverſata animo *Tiraquelli*, de qua quod legit in Neptunum hymnum eam compoſuiſſe, id ille ad Barſinen tranſtulit.

BASILICA vid. infra PRAXILLA.

XIV.

BOEO (15) Delphica mulier hymnum compoſuit, quo Delphos celebravit. Ex eo verſus aliquot de Delphici templi & oraculi originibus recitavit *Pauſanias* lib. X. in Phocicis cap. 5. pag. 809 ſq. (16) Cetera de muliere, patria, aetas, parentes, geſta, ignota omnia, nec alibi ejus mentionem occurrere memini.

CARMENTA vid. infra NICOSTRATA.

XV.

CASSANDRA quoque in Sibyllis cenſetur, idque nominis Phrygiae Sibyllae vindicat *Suidas*. Neque dubium eſt, Priami Regis filiam intelligi, quae ita Graecis Latiniſque Poëtis decantata fuit, atque *Lycophroni* inprimis in obſcuro carmine, ut hic plura de ea addere nihil neceſſe eſſe videatur. (17) *Sarbin* eandem dictam & *Taraxandram*, & oracula ejus extitiſſe ab eodem *Suida* accepimus. *Alexandram* quoque appellari Graecis & Latinis in triviis notum. Conf. de illa dicta nonnulla ſupra §. 7. (18)

CHA-

Ἐπαειδοῦσα δὲ καὶ ἄλλους τῶν Ὑπερβορέων ἐπὶ τελευτῇ τοῦ ὕμνου τὸν Ὠλῆνα ὠνόμασεν·

Ὠλὴν ϑ᾽ ὃς γένετο πρῶτος Φοίβοιο προφάτας,
Πρῶτος δ᾽ ἀρχαίων ἐπέων τεκτήνατ᾽ ἀοιδάν.

(17) Hiſtoriam ejus copioſe illuſtrat *Baelius* in Lexico Critico gallice edito in *Caſſandre*.

(18) Inſerenda hoc loco eſt CASSIA ſive CASSIANA ſive ICASIA Virgo, de qua *Theodorus Prodromus* in herilium feſtivitatum Canones, expoſitione in canone Sabbati Sancti apud *Allatium* de libris Eccleſiaſticis Graec. diſſ. I. pag. 74. Ὁ παρὼν κανὼν ποίημα μέν ἐστιν ἄχει καὶ πέμπτης αὐτῆς Μάρκου Ἐπισκόπου Ἰδρούντου, ἐκ δὲ ταύτης ἄχεις ἐννάτης τοῦ μεγάλου ποιητοῦ Κοσμᾶ· ἀλλὰ πολὺ πρότερον ὡς ἐξ ἀγράφου ἔχομεν παραδόσεως, γυνή τις τῶν εὐπατειδῶν σοφὴ, καὶ παρθένος Κασία τοὔνομα τούτου μέλους ἀρχηγὸς ἐχρημάτισε, καὶ τὸν κανόνα συνεπεράνατο· οἱ δὲ ὕστερον τὸ μέλος μὲν ἀγασάμενοι, ἀνάξιον δὲ ὅμως κρίναντες γυναικείοις συμμίξαι λόγοις τὰ τοῦ ἥρωος ἐκείνου Κοσμᾶ μυστουργήματα τὸ μέλος παραδόντες τῷ Μάρκῳ, καὶ τοὺς εἱρμοὺς ἐγχειρήσαντες τὴν πλοκὴν τῶν τετραστίχων τούτῳ μόνῳ ἐπέτρεψαν. Καὶ

XVI.

CHARIXENA incertæ ætatis eſt, neque aliunde de ea quicquam, præterquam ex *Euſtathio* (vid. *Erinnæ* fragm. num. XI.) conſtat, qui Poëtriam Κρουμάτων fuiſſe ait, hoc eſt, carminum, quæ lyram pulſantes canerent. Verba ejus ſunt: Ἦν δὲ ποιήτρια κρουμάτων καὶ Χαριξένη, ὅθεν παροιμία παρὰ τῷ Κωμικῷ ἐν Ἐκκλεσιαζούσαις, οὐ γὰρ τ' ἐπὶ Χαριξένης τάδ' ἐστιν. Ad eum locum *Ariſtophanis*, Eccleſ. v. 938. quem *Euſtathius* reſpicit, Grammaticus vetus & ex eo *Suidas* de *Charixena* annotavit, μωρὰν eam fuiſſe καὶ εὐήθη, (19) quod ſola conjectura forte ductus ille adjecit, cum ad *Charixenæ* in communicando corpore liberalitatem non minus apte proverbium *Ariſtophanis* poſſit referri. Neque ſcio an ſatis fidendum *Euſtathio* ſit, qui *Charixenam* poëtriam cum illa Comici femina confundit; ſaltem ejus rei luculentum argumentum ex ipſo Comico peti nequit.

XVII.

CLEOBULINE, à *Cleobulo* è ſeptem Gtæciæ ſapientibus uno, cujus filia erat, ita appellata, nam *Eumetis* proprio nomine dicta fuit, licet prius illud à patre ductum, plerique retinerent, teſte *Plutarcho* de Pythiae Orac. T. II. Opp. pag. 401. B. & in ſeptem Sapientum Convivio T. II. Opp. p. 148. C. atque in iis *Clemens Alexandr.* Strom. lib. IV. pag. 224. & *Diogenes Laërtius* lib. I. ſegm. 89. *Cratinus* quoque, Poëta vetus, ab ea fabulam inſcripſit *Cleobulinas*, ita enim rectius

ἔοικεν ἀληθεύειν οὗτος ὁ λόγος, οὔτε γὰρ τοῖς τῶν εἱρμῶν στοιχείοις, εἰς τὴν ἀκροστιχίδα χρῆται ὁ Μάρκος, καίτοι συναιρουμένοις αὐτῷ τὰ πολλὰ αὐτίκα γὰρ τοῦ Κύματι θαλάσσης τὸ Κάππα, καὶ τοῦ, Σὲ τὸν ἐπὶ ὑδάτων, τὸ Σῖγμα συντελοῦσιν αὐτῷ εἰς τὴν ἀκροστιχίδα· ἀλλὰ ταῦτα καταλιπὼν ὡς ἀλλότρια, καὶ οὐχ ἑαυτοῦ ποιήματα ὄντα, ἀντ' ἐκείνων ποιεῖται τετράδια, ἀπὸ μὲν τοῦ κάππα ἀρχόμενον τὸ, Κύριε θεέ μου, ἀπὸ δὲ τοῦ σῖγμα, τὸ, σύμβολα τῆς ταφῆς σου· ἐκ τε οὖν τούτου δῆλόν ἐστι τὸ μὴ τοῦ Μάρκου εἶναι τὸ μέλος καὶ τοὺς εἱρμοὺς, καὶ ἐξ ἐκείνου δὲ οὐχ ἧττον τοῦ λέγειν ἐν τῷ εἱρμῷ τῆς πρώτης ᾠδῆς, ἀλλ' ἡμεῖς ὡς νεανίδες τῷ Κυρίῳ ᾄσωμεν· νεανὶς γὰρ οὖσα δηλονότι καὶ ἡ μελοποιὸς, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐμφῆναι θέλουσα, ὅτι γυναικός ἐστι τὸ μελούργημα· ἐπεὶ δύο χορεῖαι ἦσαν ἐν τῇ ἐξόδῳ τὴν πρώτην ᾠδὴν ᾀδουσαι, μία μὲν ἀνδρῶν, ἑτέρα δὲ γυναικῶν, αὐτὴ τὴν τῶν ἀνδρῶν παρωσαμένου, ὡς οὐκ ἀνὴρ, ὡς αἱ νεανίδες, εἶπε, τῷ Κυρίῳ ᾄσωμεν. *Nic. Rayæus* S. I, in Tract. præliminari de Acoluthia officii Græci præfixo Actis Sanctorum m. Jun. Tomo II. pag. XXI. A. *Idem de Marco Coſmæ Poëma ſupplente, apud eundem Allatium l. c. dicit Nicephorus Calliſtus, addens, quod ille id operis ſuſceperit ex ſapientiſſimi Imperatoris Leonis mandato. Atqui Leo Sapiens, ſive Philoſophus imperavit in confiniis noni ac decimi ſeculi: Coſmas autem cum Johanne Damaſceno floruit Seculo octavo dimidio: unde conſequitur, ut Caſſia inter Coſmam & Marcum media*

rectius numero plurali ſabulae illius nomen efferri ex *Diogene Laërtio* l. c. & *Athenaeo* lib. IV. pag. 171 B. docet *Menagius* de mulieribus Philoſ. §. 4. quam numero unitatis à *Polluce* Onomaſt. lib. VII. cap. 11. ſegm. 41. Ætas ipſius ex parentis aetate colligitur, qui cum ſeptem ſapientibus vixit, Soloni ſamiliaris, ad quem literae ejus apud *Laërtium* exhibentur. Lindum patriam fuiſſe, ubi degebat pater ejus, ex eadem epiſtola colligas. Philoſophiae ſtudiis eam navaſſe operam inde colligit *Menagius*, quod σοφὸς appelletur *Thaleti* apud *Plutarchum* in Septem Sap. Convivio T. II. Opp. pag. 148. C. eamque *Car. Cat. Curtii* quoque ſententiam fuiſſe ait. At erat antiquiſſimis temporibus ſamiliare σοφοὺς Poëtas appellare, idque nominis *Sapphoni* inter Poëtrias inprimis eſt vindicatum. vid. *Platonem* in Phaedro pag. 1214. E. ed. Francof. & *Ælianum* Var. Hiſt. XII. 19. & *Damophilam* Poëtriam σοφὴν vocat *Apollonius* apud Philoſtratum de vita Apollonii lib. I. cap. 30. Imo de Poëtis univerſim *Anacreon* loquitur, quando ait Ode LIII. in Roſam v. 22.

Ῥοδόχειρος δὲ καὶ Ἀφροδίτα
Παρὰ τῶν σοφῶν καλεῖται.

ubi *Scholiaſtes:* Σοφιστὰς δὲ καὶ σοφοὺς ἔλεγον τοὺς ποιητάς. Et ſane poëtica fere tantum ſtudia ejus commendant veteres uno ore omnes, *Plutarchus* l. c. *Athenaeus* lib. X. pag. 448. B. *Diogenes Laërtius*, (20) *Hieronymus* lib. I. adv. Iovi-

media, non amplius uno ſeculo Marcum praeceſſerit; citra controverſiam orthodoxa, & ſanctiore ſpiritu afflata, quam illa quondam celeberrima Sappho, ut Graecia Chriſtiana Graeciae gentili ne in hoc quidem cederet; digna illa profecto, de qua plura ſciantur. Scirentur autem plura fortaſſis, ſi inveniretur Allatii Tractatus de melodis Graecorum. Exhibet l. c. *Rayaeus* tab lam aeneam ex Triodio excuſo, Venet. 1601. quae titulum libri complectens & ex quodam MS. II. vel III Seculorum aetatem habente ſumta, imagines dimidias Poetarum ſacrorum XXVIII. in catena repraeſentat, infra quos quaſi geminae ſeriei vinculum *Caſſiae* protome ponitur. *Icaſiae* tetraodium magni Sabbati memorant *Scriptores poſt Theophanem* pag. 514. conf. *G. Codini* Origines CPol. n. 128. *Anonymum Bandurianum* ſect. 148. & *Bandurium* pag. 716.

(19) *Heſychius:* Ἐπὶ Χαριξένης, ἐπὶ μωρίας, ἡ Χαριξένη διεβεβόητο ἀρχαία οὖσα, ἔνιοι δὲ καὶ ποιήτριαν αὐτὴν ἐρωτικῶν λέγουσιν· ἔστι δὲ καὶ παροιμία, διὰ τὰ ἐπὶ Χαριξένης.

(20) Lib. I. ſegm. 89. γενέσθαι τε αὐτῷ θυγατέρα Κλεοβουλίνην, αἰνιγμάτων ἑξαμέτρων ποιήτριαν.

Jovinianum in fine, & *Suidas*. Moribus feminam praeſtitiſſe *Clemens Alexandr.* Strom. IV. pag. 523 (21) indicat, ut quam, Principis licet filia eſſet, pedes hoſpitum Parentis lavare non diſpuduerit. Eadem hoſpitalitas ipſius, atque in ſapientes inprimis hoſpites ſtudium depingitur apud *Plutarchum* in VII. Sap. Convivio T. II. Opp. pag. 148. C. (22) ubi Anacharſidis hoſpitis caeſariem manu pectens ſua, Thaleti oſculum pangens ſiſtitur. Ibidem Thales animi ſublimitatem mirabilem, ingenium populare atque humanum ei dicit eſſe, ipſique tribuit, quod pater civibus humanius & perquam populariter imperet. Ita nempe:

- - - - - - - - *didiciſſe fideliter artes*
Emollit mores, & vetat eſſe feros.

Praeterea veſtitu ſimplici, animo diſcendi cupidiſſimo nobis ibidem ſiſtitur. Ænigmatum ſapientia in ipſa Ægypto celebritatem eam conſecutam eſſe additur loco eodem, eo enim *προβαλλομένων* ipſius nonnulla perveniſſe. Et ſane laudat aenigmata ejus verſibus hexametris ſcripta *Athenaeus* lib. X. pag. 448. B. eorumque ſpecimen habemus in Hexametro de cucurbitae applicatione apud *Plutarchum* l. c. pag. 154. B. qui *Ariſtoteli* etiam Rhetoric. lib. III. cap. 2. & *Demetrio Phal.* de Elocut. §. 102. ſed ſine auctore allegatur:

Ἀνδρ'

(21) *Ἡ Κλεοβούλου θυγάτηρ, τοῦ σοφοῦ καὶ Λινδίων μοναρχοῦντος, τῶν ξένων τῶν πατρῴων οὐκ ᾐδεῖτο ἀπονίπτειν τοὺς πόδας.*

(22) *Ὁ Ἀνάχαρσις ἐν τῇ στοᾷ καθῆστο, καὶ παιδίσκη παρεστήκει τὴν κόμην ταῖς χερσὶ διακρίνουσα· ταύτην Θάλης ἐλευθεριώτατά πως αὐτῷ προσδραμοῦσαν ἐφίλησε, καὶ γελάσας, οὕτως, ἔφη, ποίει καλὸν τὸν ξένον, ὅπως ἡμερώτατος ὢν μὴ φοβερὸς ᾖ τὴν ὄψιν ἡμῖν μηδὲ ἄγριος· ἐμοῦ δὲ ἐρομένου περὶ τῆς παιδός, ἥτις εἴη; τὴν σοφήν, ἔφη, καὶ περιβόητον ἀγνοεῖς Εὔμητιν; οὕτω γὰρ ταύτην ὁ πατὴρ αὐτός, οἱ δὲ πολλοὶ πατρόθεν ὀνομάζουσι Κλεοβουλίνην. Καὶ ὁ Νειλόξενος, ἦπου τὴν περὶ τὰ αἰνίγματα δεινότητα καὶ σοφίαν (ἔφη) τῆς κόρης ἐπαινεῖς· καὶ γὰρ εἰς Αἴγυπτον ἔνια τῶν προβαλλομένων ὑπ' αὐτῆς διῖκται. Οὐκ ἔγωγε, εἶπε Θάλης, τούτοις γὰρ ὥσπερ ἀστραγάλοις ὅταν τύχῃ παίζουσα χρῆται, καὶ διαβάλλεται πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἀλλὰ καὶ φρόνημα θαυμαστὸν καὶ νοῦς ἔνεστι πολιτικός, καὶ φιλάνθρωπον ἦθος, καὶ τὸν πατέρα τοῖς πολίταις πραότερον ἄρχοντα παρέχει. Καὶ δημοτικώτερον εἶναι, ὁ Νειλόξενος ἔφη, καὶ φαίνεται, βλέποντι πρὸς τὴν λιτότητα καὶ ἀφέλειαν αὐτῆς. Ἀνάχαρσιν δὲ πόθεν οὕτω τημελεῖ φιλοστόργως; Ὅτι, ἔφη, σώφρων ἀνήρ ἐστι καὶ πολυμαθής, καὶ τὴν δίαιταν αὐτῇ καὶ τὸν καθαρμὸν*

Ἄνδρ᾽ εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ᾽ ἀνέρι κολλήσαντα. (23)

XIIX.

CLITAGORA Theſſala poëtria dicitur Scholiaſtæ ad *Ariſtophanis* Veſpas, v. 1238. (24) ipſi tamen Ariſtophani in Danaidibus, ſi fides Suidæ in Κλειταγόρα, (25) Lacæna eſt. *Florens Chriſtianus* ad Ariſtophanis l. c. Lesbiam facit ex *Heſychio*, ut puto; ille enim: Κλειταγόρα ᾠδῆς τε εἶδος, καὶ Λεσβία τὸ γένος. Quorum verborum vix alius poteſt eſſe ſenſus, quam Clitagoram appellari cum cantionis quandam ſpeciem, tum feminam quandam, Lesbiam origine. Athenienſem qui faciat hanc feminam, quod *Tiraquello* in leg. Connub. XI. Gloſſ. 1. Part. XI. Tom. II. Opp. pag. 186 b. notatum, neminem invenio. Cantionis mentio in Ariſtophanis Veſpis, ubi Grammaticus vetus Κλειταγόρα μέλος putat eſſe τὸ εἰς τὴν Κλειταγόραν, ut Harmodii μέλος, τὸ εἰς Ἁρμόδιον, & cetera ejus generis.

XIX.

CLITUS ſolum nomen ſupereſt, inter inſigniores Poëtrias relatum *Tatiano* in oratione contra Graecos §. 52. pag. 114. Illuſtrem ejus famam fuiſſe oportet, nam ſtatua ejus publice poſita fuit. Eam *Amphiſtratus* ſtatuarius finxit, cujus ſi notior eſſet aetas, ex ea de Poëtriae quoque noſtrae aevo judicium ferri poſſet.

CO-

μὲν ὦ χρῶνται Σκύθαι περὶ τοὺς κάμνοντας, ἀφθόνως καὶ προθύμως παραδέδωκε· καὶ νῦν οἴομαι περιέπειν αὐτὴν τὸν ἄνδρα καὶ φιλοφρονεῖσθαι, μανθάνουσάν τε καὶ προσδιαλεγομένην.

(23) *Suidas* tribuit *Cleobulinae* ænigma in annum, quod *Diogenes Laërtius* lib. I. ſegm. 90. *Cleobuli* patris ejus fortum eſſe ex commentariis *Pamphilae* tradit. Κλεοβουλίνη Λινδία, θυγάτηρ Κλεοβούλου τοῦ σοφοῦ· ἔγραψεν ἔπη, καὶ γρίφους καὶ τὸ ᾀδόμενον εἰς τὸν ἐνιαυτὸν αἴνιγμα, οὗ ἡ ἀρχή· Εἷς ὁ πατήρ, &c. *Suidam* auctorem ſecuti ſunt *Jo. Paſchius* in Gynæceo docto pag. 18. & Celeb. *Fabricius* in Catalogo Poetarum Epigrammatariorum Vol. II. Biblioth. Gr. pag. 714.

(24) Κλειταγόρας, μέλος τὸ εἰς αὐτὴν τὴν Κλειταγόραν, ἥτις ἐγένετο ποιήτρια, Θετταλή τις γυνή. Ἁρμοδίου μέλος, τὸ εἰς Ἁρμόδιον, καὶ Ἀδμήτου, τὸ εἰς Ἄδμητον. *Idem Scholiaſtes* ad v. 1231. Ἁρμόδιος ἐν τοῖς κωμῳδουμένοις καὶ τὸν Ἄδμητον ἀνάγει, γραφὴν παραθεὶς Κρατίνου ἐκ Χειρώνων·

Κλειταγόρας ᾄδειν, ὅταν Ἀδμήτου μέλος αὐλῇ.

Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Χαλκιδεύς, ὡς Ἀρτεμίδωρός φησι, περὶ μὲν τῆς Κλειταγόρας τῆς ποιητρίας, ὅτι ὡς ἀνδρωνύμενον

νύμενον

XX.

CORINNAS tres memorari video, Poëſi celebres omnes, ut difficile videatur res earum ſatis diſcernere accurate. *Suidas* primam *Thebanam* facit vel *Tanagræam*, à qua diſtinguit ſecundam *Theſpiam* vel *Corinthiam*, tertiamque *Thebanam* juniorem. *Tanaquillus Faber* in Abregé de la vie des Poëtes Grecs pag. *67*. neſcio qua nixus ſive autoritate ſive ratione, nonniſi unam *Corinnam* admittit, diſſenſum tantum de patria fuiſſe dicens, aliis Theſpiis, aliis Tanagræ, Corintho aliis eam vindicantibus. Prima quæ *Suidæ* (num. XV.) commemoratur, *Corinna* ſive Thebana ſive Tanagræa, *Pindaro* fuit coæva, ut ex paulo poſt dicendis patebit, Achelodorum vero & Procratiam parentes habuit, magiſtram *Myrtidem* juxta eundem. Poëtica facultate, maxime in lyricis tantum profecit, ut cum *Pindaro* quinquies inito certamine, victrix inde redierit quinquies, idque relatum *Æliano* (vid. num. XIV.) *Euſtathio* ad Ιλ. β'. pag. 247, 35. *(26)* *Suidæ* (vid. num. XV.) addi etiam poteſt *Pauſanias* (vid. num. XII.) Quam gloriam utcunque alias blandiri teneriori ſexui mares ſolemus, obfuſcare tamen & cuicunque potius alii tribuere cauſæ maluere magni quidam viri, quam virtuti & meritis *Corinnæ*. Tanta eſt ingeniorum æmulatio, atque adeo ejus principatus cupiditas omnem aliam vincit concupiſcentiam! Nempe linguæ potius quam poëticæ facultatis eas victorias fuiſſe *Pauſanias* ait, ea enim Æolica uſam *Corinnam*, Dorica loquente *Pindaro*, quam ægre aſſequi audientes potuerint. Formam acceſſiſſe ſingularem, ſemper autem majorem præſtanti in corpore virtutem eſſe. Atque hæ ſunt, quas *Pauſanias* allegat illius rei cauſas, quarum poſteriorem ex recentioribus *Tanaquillus Faber* etiam fuit amplexus. Ipſe *Pindarus* aegerrime iſtud judicium tulit etc. (vid. *Corinnæ* fragm. pag. 53. a. not. 8.) A grandiloquentia *Pindari* cum maxime *Corinnam* diſſidentem oſtendit hiſtoria *Plutarchi* (num. XIII.) qui *Pindarum* adhuc juvenem καὶ τῇ λογιότητι σοβαρῶς χρώμενον, h. e. *dictione luxuriantem* reprehenſum

νύμενον ἀναγέγραφε Κλειταγόραν· & ad *Lyſiſtratam* v. 1239. ἡ Κλειταγόρα ποιήτεια ἦν Λακωνική, ἧς μέμνηται καὶ ἐν Δαναΐσιν Ἀριστοφάνης. *Biſſetus* ad h. l. Κλειταγόρα, Κλειταγόρας, ποιήτεια λακωνική, ὥς φησι Σουΐδας· καὶ Κλειταγόρα, ᾠδῆς τὶ εἶδος κατὰ τὸν Ἡσύχιον.

prehenſum à *Corinna* narrat, quod veri Poëtae officii parum memor, neglecta fictione verborum tantum ſonitum ſectetur, figuraſque & modorum gravitatem, quae ornatus cauſa fictioni accedere tantum debeant. Quo ille proficere cupiens monitu, carmen compoſuit, quod fabularum nominumque fabuloſorum conjunctione conſtipatum multo magis grandiſonum proceſſit, ut rurſus *Corinna* modum tenendum eſſe eum hortata manu ferendum eſſe non toto ſacco eum docuerit. Haec igitur caſtigata *Corinnae* mediocritas ſordere juveni *Pindaro* viſa; ſic enim ſolet excitatior in juvenibus imaginatrix facultas, luxurioſius elata, ſublimia petere, ſpretis mediocribus omnibus, *Muſcamque* adeo appellavit aemulae virtutis feminam. At melior hinc, niſi fallor, minuendi dedecus, toties à *Pindaro* acceptae cladis, ratio ſe nobis offert, quam initam à *Pauſania* paulo ante obſervavimus. Nempe junior *Pindarus* judicio nondum ſatis obfirmato, exercitatione Poëticae facultatis ad hujuſmodi certamen nondum compoſitus ſatis, illud iniit cum adultiore *Corinna*. Quod enim *Tanaq. Faber Pindarum* aetate jam adultum cum *Corinna* puella iſtud certamen iniviſſe dicat, neſcio quo fundamento affirmet. Nec fabula ſuccurrit, ex qua id colligat, quam alibi expoſiturum ſe dicit. Habet autem haec de *Corinnae* & *Pindari* certaminibus narratio fidem non allegatorum tantum auctorum, ſed publicam quoque Tanagraeorum, qui in gymnaſio pictam cum *taenia*, victoriae ſigno exhibuerunt, teſte *Pauſania*. Quo magis difficile dictu etc. (vid. ſupra pag. 58. b. not. 7.) Haec indubia *Corinnae* noſtrae gloria juxta *Pauſaniam*, quod ſola patriam ᾀσμάτων ποιήσει illuſtraverit, hac laurea omnibus civibus ſuis ſuperior. Scripta ei tribuit *Suidas* ſequentia, βιβλία πέντε, nempe ἐπῶν, quam vocem excidiſſe recte mihi ex *Hephæſtione* (vid. ſupra pag. 42. not. 1.) colligere videtur Clar. *Fabricius* Biblioth. Gr. lib. II. cap. 15. §. 24. pag. 579. apud quem fragmentum quoque eſt ejus ex ἐπῶν quinto. Νόμους λυρικοὺς eidem à *Suida* adſcriptos, eſſe, ut dicit *Pauſanias*, Ἄσματα ejus, idem Vir doctus bene obſervat,

(25) Ποιήτεια Λακωνική· μίμηνται δὲ Ἀριστοφάνους ἐν Δαναΐσι.

(26) Ἐι δὲ γυνὴ ἐποποιὸς τὴν Πινδάρου λυρικὴν ἀπήλεγξεν ἡττηθέντα, ἱστόρηται καὶ αὐτὸ· Βοιωτία δὲ ἦν ἐκείνου τὸ ἔθνος.

vat, inque eis cenſet carmen in Tanagram, *Pauſaniæ* (vid. num. VII.) allegatum, quod reſpici etiam ab *Hephæſtione* [vid. num. II. & III.] cenſet, aliquo etiam eorum Θοῦριν Ἀθηναίης ἀσπίδα eam ceciniſſe cenſet, cujus rei in Antipatri Epigrammate [vid. *Sapphus* Fragm. num. CXXXVIII] mentio. Ipſius quoque *Corinnæ* Epigrammata olim extitere, teſte *Suida*, at eorum ſupereſt hodie nihil. [27] Hæc ſunt, quæ de noſtra *Corinna* dicere licet, alia loca veterum & obvia in iis fragmenta non ſatis exploratum eſt, an ad noſtram, an ad *Theſpiam Corinthiamne*, quam itidem Lyricam *Suidas* dicit, & ei νόμους λυρικοὺς tribuit, an denique ad juniorem *Corinnam Thebanam*, quam Μυίαν itidem appellat, referre par ſit. Ea loca diligenter congeſta à Fulvio Urſino, *Jo. Meurſio* Biblioth. Græcæ lib. II. in *Corinna*, & Clariſſ. Fabricio in *Bibliotheca Graeca* lib. II. cap. 15. §. 24. pag. 579. prolixius hic non repetam, addit etiam nonnulla ex *Euſtathio* Clar. Vir *Lud. Kuſterus* in notis ad *Suidam* in Κόριννα. Statuam *Corinnae* Silanion confecit, ut eſt apud *Tatianum* [num. XVII.] Ceterum *Ecyrrhinae* nomen apud *Tzetzem* & *Lycophronem* in Prolegomenis [vid. num. XVI.] inter Lyricos relatum, corruptum pro *Corinnae* nomine eſſe, poſt *Gyraldum* ſuſpicatus eſt *Tiraquellus*, ut in melioribus editionibus diſerte *Corinnae* nomen invenitur.

XXI.

DAMOCHARIS Poëtria, vel potius ποίημα atque figmentum *Gyraldi* dial. III. de Poëtis T. II. Opp. p. 171. A. eſt, quod bona tamen fide ab eo accepere non *Tiraquellus* tantum ad Leg. Connubial. XI. l. c. pag. 187. A. ſed, quod magis miror, Vir literariæ hiſtoriæ conſultiſſimus *Gerb. Jo. Voſſius* de Poëtis Græcis incertæ ætatis in *Damocharis*. Poëtriam eam non tantum ſed & epigrammata ejus nonnulla extare agnoſcit *Gyraldus*. Memoriæ nempe ejus obverſabantur, quæ in *Anthologia* lib. III. cap. 25. epigr. 71. in *Damocharin* Coum, uti

(27) *Corinnæ* Ἑτεροίων librum I. laudat *Antoninus Liberalis*, & *Kuſterus* Celeb. *Fabricium* docuit, in *Apollonii Dyſcoli* Grammatica, quæ exſtat MSta Codice 3243. Biblioth. Regiæ Pariſ. *Corinnam* ἐν Ἰολάῳ & ἑπτ' ἐπὶ Θήβαις allegari. Sed in Excerptis Spanhemianis hujus libri memoratur illa ἐν Κατάπλῳ & in ἑπτ' ἐπὶ Θήβαις. (vid. num. XXXI--XXXIII.)

uti videtur, Poëtam & Grammaticum inſignem leguntur, quod & *Paulo Colomeſio* in notis ad Gyraldum l. c. jam ante nos obſervatum.

XXII.

DAMOPHYLA ex ſolo *Philoſtrato* in vita Apollonii lib. I. cap. 30. pag. 37. Opp. ed. Lipſ. nobis innotuit, qui *Sapphus* diſcipulam eam facit, Σαπφοῖ ὁμιλῆσαι dicens, ut neſciam, quid in mentem venerit *Tiraquello* l. c. filiam *Sapphûs* eam appellanti. Errat idem, licet non ſine exemplo, quando neſcio cujus *Pamphyli* eam vocat uxorem; commiſere enim eundem errorem non interpretes tantum *Philoſtrati Rhinuccinus* & *Morellus*, verum & *Gyraldus* de Poëtis dial. III. T. II. Opp. p. 171. A. depravata lectione ſeducti; legerunt enim τῇ Παμφύλου γυναικὶ, ubi Παμφύλῳ γυναικὶ legunt Codices probatiores, *Pamphylam* eam feminam à patria appellantes. Certe modi ejus in Pamphylia recepti atque *Pamphylii* inde dicti fuere teſte ipſo *Philoſtrato*, quod firmat eam, quam adſtruximus lectionem. Ipſa Poëtria non tantum fuit egregia, ſed & hoc ipſi eſt ſingulare, quod ad modum Æolium compoſita ipſa ad eum, qui altiſſimus eſt, & quem proprium ſibi Pamphylii vindicant, modum revocaverit. Quod quid ſibi velit, in notis ad *Philoſtratum* Clar. Præſidi explicatum. Poëmata compoſuit partim amatoria, partim in laudes Deorum. In hiſce in Pergæam Dianam eſt hymnus, Æolio Pamphylioque modo compoſitus. Nec contenta ſibi Diisque & amoribus ſuis ceciniſſe *Damophyla*, *Sapphus* exemplo virgines quoque in contubernio habuit, quas in poëtica facultate inſtitueret.

XXIII.

DAPHNE in mythicis notiſſimum nomen, eſt Ladonis filia, cui Apollo noctis præmium, tum alia præclara, tum fatidicam facultatem cumque ea in carmina vires pollicitus eſſe dicitur. vid. *Ovidii* Metamorph. lib. I. fab. 9. v. 453. ſqq. [28] Nolo eam fabulam ſenſumque ipſius hiſtoricum curioſius hic rimari, rei iſtius hic paucis mentio facienda, ut variæ confuſioni à Viris doctis

(28) Conf. de hac *Daphne*, quæ mox Ladonis fluvii, mox Penei fluvii, mox Amyclæ filia fertur, præter *Ovidium* l. c. *Geoponicorum Auctorem* lib. XI. cap. 2. *Anacreontem* Od. 64. ed. Barn. v. 14. ſqq. *Philoſtratum* in vita Apollonii lib. I. cap. 16. *Aphthonium* in ἀνασκευῇ, ὅτι οὐκ εἰκότα τὰ κατὰ Δάφνην, *Scholia minora* Homeri ad Ιλ. ά. v. 14. *Parthenium* Erotic. cap. 15. & Mythologos.

doctis commiſſæ explicandæ inſerviat. Aliam *Daphnem* Tireſiæ filiam, Thebis natam, apud *Diodorum Siculum* lib. IV. pag. 178. B. (29) invenimus, quæ capta ab Epigonis patria urbe inter manubiarum primitias ex voto Delphis fuit conſecrata. Eam aiunt à patre vaticinandi artem edoctam, magnos in ea Delphis progreſſus feciſſe, *Sibyllæ* propterea nomine honoratam. Oracula literis quoque mandaſſe dicitur, ejus elegantiæ ut multa exinde ſuis *Homerus* intexere fuerit dignatus. Eam vero ipſiſſimam eſſe *Erythræam* Sibyllam, quam *Artemin* ſupra vocavimus, exiſtimarunt *Onuphrius Panvinius* de Sibyll. pag. 7. & *Gallæus* de Sibyllis cap. 4. male intellecto *Conſtantini* in Oratione ad Sanctorum coetum cap. 18. loco ſeducti. Nempe omnino ille de *Erythraea* Sibylla verba faciens, eam à ſtultis parentibus huic cultui mancipatam dicit, ex quo nihil honeſtum ac probum, ſed ἀσχήμονες θυμοὶ gignantur κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἱστορουμένοις περὶ τῆς Δάφνης, h. e. ſimili modo, quo de Daphne relatum ſit. Hic igitur Viri eruditi *Daphnem* ipſam putant vocari, quæ *Erythraea* ante dicta Sibylla ſit, atque ex ejus hiſtoria turpitudinem illorum Φοιβασμῶν demonſtrari. Atqui plane aliter ſe res habet. Nempe improbat Imperator afflatus impuri Dei, qui ut notiſſimum, impudica partium, quas verecundia vetat nominare, ſolicitatione fiant, quemadmodum in prima ſtatim virgine, cui fatidicam hancce virtutem obtulerat, demonſtratum dederit pruriginoſus ille Deus, cui delibati virginitatis floris præmium eam promiſerit. Quae Imperator apud plebem Chriſtianam præ verecundia tectius proferebat, ex hiſtoria mythica obſcoenos illos afflatus, & quid alliciat improbum Deum ad illam oraculorum communicationem, illuſtraturus. Ceterum hujus Daphnes ſoror fuerit oportet *Manto*, (30) oraculis reddendis apud antiquos celeberrima, ipſa quoque Tireſia genita; ſed quoniam eam

(29) Ἐπεὶ δ᾽ οἱ μὲν ἐπίγονοι τὴν πόλιν ἑλόντες διήρπασαν, καὶ τῆς Τειρεσίου θυγατρὸς Δάφνης ἐγκρατεῖς γενόμενοι, ταύτην μὲν ἀνέθεσαν εἰς Δελφοὺς, κατά τινα εὐχὴν, ἀκροθίνιον τῷ Θεῷ· ἄυτη δὲ τὴν μαντικὴν τοῦ πατρὸς οὐδὲν ἧττον εἰδυῖα, πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς Δελφοῖς διατρίψασα τὴν τέχνην ἐπηύξησε· φύσει δὲ θαυμαστῇ κεχορηγημένη χρησμοὺς ἔγραψε παντοδαποὺς, διαφόρους ταῖς κατασκευαῖς, παρ᾽ ἧς φασὶ καὶ τὸν ποιητὴν Ὅμηρον πολλὰ τῶν ἐπῶν σφετερισάμενον, κοσμῆσαι τὴν ἰδίαν ποίησιν· ἐνθεαζούσης δ᾽ αὐτῆς πολλάκις, καὶ χρησμοὺς ἀποφαινομένης, φασὶν ἐπικληθῆναι Σίβυλλαν. *Leo Allatius* teſte Celeb. *Fabricio* lib. I. Biblioth. Gr. cap. 4. §. 7. ſuſpicatus eſt, *Daphnen* Tireſiæ eandem ipſam eſſe, quæ lib. III. Sibyllinorum pag. 414. ſq. ed. Gall. dolet, ſe quodammodo ab *Homero* olim carminum elegantia ſuperatum iri.

eam verſibus oracula vel effudiſſe vel in literas retuliſſe non conſtat, plura de ea non addimus.

XXIV.

De DEIPHOBE videnda ſupra de *Artemi* Sibylla dicta.

XXV.

DEMO, quæ & Sabba, *Pauſaniae* & *Suidae* memorata, in Sibyllis celebris, Beroſi & Erymanthes filia, Babylonia aliis, aliis Ægyptia dicta, hic locum vix invenit; nihil enim ei cum Græcis, licet Græca oracula ei recentiorum quorundam impoſtura & curioſitas affinxerit.

XXVI.

DEMOPHILA in Sibyllæ Amaltheæ ab aliis, ab aliis in Sibyllae Erythrææ vel Artemidos nominibus cenſetur, qua de re itidem ſupra à nobis nonnulla annotata videri poſſunt.

XXVII.

DEOBULINA Poëtria, quam *Tiraquellus* apud *Euſebium* in Chronicis Olymp. VII. ſe inveniſſe putat, nulla eſt. Scilicet vitioſo *Euſebii* Codice uſus eſt Vir doctus, qui pro *Cleobulina* male illud nomen ei obtruderet. De ea vero etiam ſupra à nobis pro inſtituti ratione actum eſt ſatis.

XXIIX.

DODONAE COLUMBAE vel *Peleae* apud Dodonæos non fabuloſa μεταμορφώσει in feminas Poëtrias & fatidicas à nobis vertentur, fabulam de iis rite explicantibus. Nempe diſerte *Heſychius* in Πέλειαι τὰς ἐν Δωδώνῃ θεσπιζούσας μάντεις πελείας dictas ait, & *Servius* ad Eclogam IX. *Virgilii* v. 13. Theſſalorum lingua vaticinantes περιστερὰς dictas teſtatur, Πελειὰς appellatas, quod idem eſt, dicit

(30) Fortaſſis *Manto* eſt una eademque cum *Daphne*. Certe *Barthius* ad *Statii* lib. IV. Thebaid. v. 464. affirmat, Codices *Diodori* perperam *Mantonem* appellare *Daphnen*. *Scholiaſtes Apollonii* ad Argonaut. I. v. 308. eadem fere de *Mantone*, quæ *Diodorus Sic.* de *Daphne*, narrat: Οἱ τὴν Θηβαΐδα γεγραφότες φασὶν, ὅτι ὑπὸ τῶν Ἐπιγόνων ἀκροθίνιον ἀνετέθη Μαντὼ ἡ Τειρεσίου θυγάτηρ εἰς Δελφοὺς πεμφθεῖσα· καὶ κατὰ χρησμὸν Ἀπόλλωνος ἐξερχομένη, περιέπεσε Ῥακίῳ τῷ Λέβητος υἱῷ, Μυκηναίῳ τὸ γένος, καὶ γημαμένη αὐτῷ (τοῦτο γὰρ περιεῖχε τὸ λόγιον, γαμεῖσθαι ᾧ ἂν συναντήσειεν) συναπῆλθεν ἐκείνῳ εἰς Κολοφῶνα, κἀκεῖ δυσθυμήσασα, ἐδάκρυσε διὰ τὴν τῆς πατρίδος πόρθησιν· διόπερ ὠνομάσθη Κλάρος ἀπὸ τῶν δακρύων· συγγενὲς γὰρ τῷ λ τὸ ρ· ὡς ὑδρηλοὶ ἀντὶ τοῦ ὑδρηροί· λέγεται δὲ καὶ κρήνην ἀναβλύσαι ἀπὸ τῶν δακρύων Μαντοῦς κατὰ Κλάρον, καὶ μαντεῖον ἐκεῖ Ἀπόλλωνος αὐτὴν καταστῆσαι.

dicit *Euſtathius* ad Odyſſ. ξ'. pag. 544. ſq. lingua Moloſſorum, ternaſque eas initio Dodonæ easque aniculas oracula edidiſſe dicit. Quatuor tamen antiſtitas Dodonæas inde extitiſſe *Strabonis* lib. VII. Geogr. pag. 329. teſtimonio perhibetur. Vates fuiſſe ſaltem primas antiſtites illas, adeoque Poëtrias, non dubium eſt, idque diſerte *Pauſanias* lib. X. in Phocicis cap. 12. pag. 828. teſtatur, quia eas primas inter mulieres ſequentes ait recitaſſe verſus:

Ζεὺς ἦν, Ζεύς ἐςί, Ζεὺς ἔσσεται· ὦ μεγάλε Ζεῦ,
Α῏ καρποὺς ἀνίει, διὸ κλῄζετε μητέρα γαῖαν.

Quamvis quæ ſucceſſere in eo munere, perinde ac Delphis Pythia, ſuos χρησμοποιοὺς habuiſſe ſit veroſimile, qui carmine effata conderent. Ætate haſce mulieres Phemonoem anteceſſiſſe idem *Pauſanias* memorat. Sed plura de Dodonæis hiſce mulieribus nunc non addo, cum à pluribus nuper de Dodonæo oraculo ſit actum.

ΕΙΡΗΝΗ vid. infra IRENE.

XXIX.

ELEPHANTIDEM, vel ut *Suidæ* in Ἀςυάνασσα vocatur, ELEPHANTINEN, Poëtam ex Poëtria feciſſe nonnullos memorat *Gyraldus* dial. III. de Poëtis T. II. Opp. pag. 171. D. in quibus Julium Cæſarem *Capaccium* lib. II. Hiſtoriæ Neapol. pag. 550 refert, iſtumque errorem improbat *Voſſius* de Poëtis Gr. incertae aetatis in *Elephantis*. Ejus & patria & parentes & aetas & cetera pleraque hodie ignorantur. Poëtriam faciunt recentiores, neſcio an ſatis ſolido judicio, certe enim ejus rei luculentum judicium apud antiquos nullum invenio. Τὰς ἐν τῇ συνεσίᾳ κατακλίσεις eam poſt Aſtyanaſſam deſcripſiſſe ait *Suidas*, quod opus *Elephantidos libellos* appellat *Lalage* Priapei carm. 3. tabellas ex eo pictas Priapo conſecrans: *molles Elephantidos libellos* Martialis lib. XII. epigr. 43. v. 4. *libros Elephantidis* ſimpliciter *Suetonius* in Tiberio cap. 43. qui ex iis varia picturarum obſcœnitate cubicula in Capreenſi palatio commaculaſſe Tiberium narrat, ex quibus omnibus locis colligere non poſſis, carmine ſcriptum illud

illud opus fuiſſe. *Tatianus* in orat. contra gentes §. 56. pag. 122. ed. *Worth.* nihil aliud, niſi τάς ἀῤῥήτους ipſius & *Philænidis* ἐπινοίας memorat. Neque opus ejus de κοσμητικοῖς, hoc eſt, *de rebus, quae ad corporis ornatum ſpectant*, quod *Galeno* lib. I. Pharmac. Local. cap. 1. eſt commemoratum, & cui ſimile quoque Cleopatra edidit, poëtici quippiam ſpiraſſe videtur. *De rebus abortum procurantibus* juxta cum Laide citatur *Plinio* lib. XXVIII. cap. 7. ſed nec ea res Poëſin ſpirat. (31) Eſſe tamen ait *Gyraldus* l. c. qui ſua aetate quaedam ejus carmina legi prodiderint, quae ad ſuas manus non perveniſſe ipſe ingenue fatetur. Putem, ſi quaedam extent, recentiorum forte eſſe Poëtarum, qui muliebre nomen ſuis obſcœnitatibus obduxerint.

XXX.

ELISSA in Sibyllis fuit, idque nominis Libycae vulgo Sibyllae tribuitur, de qua cum ſupra jam attigerimus nonnulla, opus non eſt, ut denuo hoc loco eadem repetamus.

XXXI.

ERINNAE & patria & aetas in controverſis ſunt inter eruditos. Patria alii Teiam alii Lesbiam faciunt. Sunt &, qui Teliam, ſunt alii, qui Rhodiam exiſtiment, ut ex *Stephano Byz.* (num. X.) *Suida* (num. XII.) *Euſtathio* (num. XI.) & *Scholiis Anthologiae* (num. XVIII.) diſcimus. Ætatem quod attinet, *Sapphus* ἑταῖραν καὶ ἰσόχρονον faciunt *Suidas* l. c. & *Euſtathius* l. c. ut locum habere non poſſit Viri docti conjectura, qui *Euſebii* ſententiam de *Erinnae* aetate defenſurus, ἑταῖραν non ſemper aequalem ſignificare obſervat, nam diſerte ἰσόχρονον *Sapphoni* Erinnam *Suidas* ait; quam circa Olympiadem XLII. floruiſſe fere convenit inter eruditos. Sic vero de aetate *Erinnae* ſentientium mihi potior autoritas eſt, quam *Euſebii*, qui in Chronico ſuo ad Olym. CVI. ad Alexandri

(31) *Tiraquello* lib. de Nobilitate cap. 31. num. 348. veroſimile fit, ab illa vocari emplaſtrum elephantinum, deſcriptum *Corn. Celſo* lib. V. cap. 19. de Medicina. *Dan. Clericus* in Hiſtoria Medicinæ gallice edita Part. II. lib. 3. cap. 13. putat, *Elephantidem* Poëtriam diſtinguendam eſſe à medica.

dri M. eam retulit tempora. (32) Poëtica facultate tantum profecit juxta *Suidam* & *Euſtathium*, ut verſus ejus cum Homericis contendere poſſe crederentur. Fuitque celebre Auctoribus iiſdem memoratum poëma, quod ἠλακάτην, *colum*, inſcripſit, Æolia Doriave dialecto compoſitum verſibus CCC. Atque id quidem ætatem non tulit; tulere epigrammata nonnulla in *Anthologia* nobis ſervata, atque ex ea ab *Urſino* in Poëmatibus IX. illuſtrium feminarum repræſentata. [num. VIII. ſq.] Iis addere, cum ita ferat occaſio, duo alia liceat inedita, ex collectione Epigrammatum Græcorum Holſteniana, *Agathium Scholaſticum* Auctorem præferente. [vid. num. XV. & XVI.] Ceterum alterum Epigramma, quod *Urſinus Erinnæ* tribuit in locuſtæ & cicadæ tumulum, jure ei adſcribi, licet *Anthologiae* lib. III. cap. 24. epigr. 8. *Anytae* vel *Leonidae* inſcribatur, affatim evincere puto *Plinium* &c. [vid. pag. 10. not. 1.] Sapphica *Erinnae* Oda in *laudem fortitudinis*, &c. [vid. pag. 16. a.] Ceterum quæ de *Myrus* epigrammate in *Erinnae* ſtatuam ex *Anthologiæ* lib. VI. cap. 1. epigr. 3. ejuſdem item hexametris ænigmaticis ex *Laërtio* & epigrammate in cucurbitae applicationem in balneo ex *Ariſtotele* obſervavit *Tiraquellus* l. c. falſa omnia, nam duo poſteriora ad *Cleobulinam* ſpectant, de qua vide ſupra dicta. Epigramma vero ex *Anthologia* citatum non ad *Erinnam*, ſed *Cleonymum* pertinet, ut Clariſ. *Fabricio* loco ſaepe citato jam notatum. Deceſſit *Erinna* XIX. aetatis anno, quo magis mirandum, Homerum eam aequare virtute potuiſſe, tantumque *Sappho* hexametro genere ſuperaſſe, quantum ei melico carmine erat inferior, quod *Suidae* & *Euſtathio* locis citatis traditum. Idem *Euſtathius* Epigramma exhibet vetus, eadem omnia confirmans. *Erinnae* ſtatuam vero Naucydem finxiſſe, à *Tatiano* [num. XIII.] traditum habemus.

XXXII.

Æliam EUDOCIAM, quam & *Eudoxiam* paſſim appellant, Athenis natam, patre *Leontio* Sophiſta, (quem Λέοντα, metri haud dubie cauſa, vocat *Tzetzes* Hiſtor.

(32) Equidem *Euſtathii* & *Suidae* auctoritatem teſtimonio *Euſebii* [num. XX.] & *Georgii Syncelli* [num. XVIII.] haud præferendam eſſe exiſtimo, quia illi diu poſt *Euſebium* vixerunt, & non raro in indicanda veterum

Hiſtor Chil. X. v. 58. *Heraclitum* autor Chronici Alexandrini ad Olymp. CCC. pag. 311) apud omnes conſtat. vid *Socratem* Hiſt. Eccl. VII. 21. *Evagrium* Hiſt. Eccl. lib. I. cap. 20. *Nicephorum* Hiſt. Eccl. XIV. 23. *Cedrenum* Annal. pag. 282, 38 & *Zonaram* Annal. lib. XVII. §. 22. Imo ipſa ſeſe Λεοντιάδα εὐπατέρειαν vocat in verſibus à *Photio* ſervatis Cod. CLXXXIII. pag. 215, 19. Eum *Leontium* eſſe non male ſuſpicatur *Henr. Valeſius* ad *Socratem* lib. VII. cap. 21. quem *Olympiodorus* ſuo ſtudio promotum ad Sophiſticum apud Athenienſes thronum ſcribit, ut apud *Photium* Cod. LXXX. pag. 110. eſt. Mirum igitur *Tiraquellum* l. c. in tanta luce tam ſpiſſe errare potuiſſe, ut Imperatoris Theodoſii junioris filiam diceret, cujus, ut mox audiemus, conjux fuit. Erroris occaſio haud dubie ei extitit *Eudoxiae* noſtrae filia, *Licinia Eudoxia*, quam Imp. Theodoſio juniori peperit, Valentiniano Conſtantii & Placidiae filio & poſtremo Valentiniano nupta. Verum Juniori huic *Eudoxiae* nihil cum Poëticis ſtudiis. Matrem ipſius, quae noſtra eſt *Eudocia*, pater *Leontius* omni honeſtarum diſciplinarum apparatu inſtructam cupiebat, quibus etiam, qua erat ingenii felicitate, praeclare animum ſuum imbuit. In Grammaticis *Hyperechium* Praeceptorem nacta, *Orionem* in Rhetoricis, alioſque teſte *Tzetza* l. c. quos inter quoque parentem fuiſſe, cumque pariter in Philoſophicis eam inſtituiſſe, ex *Socrate* Hiſt. Eccl. VII. 21. & *Nicephoro* Hiſt. Eccl. XIV. 47. liquet. *Orionem* quod attinet, Thebis ille ex Ægypto ortus fuit, ejuſque mentionem *Etymologus* in Ἄνθος facit, γνωμῶν vero συναγωγὴν ſive ἀνθολόγιον tribus libris ad *Eudociam* diſcipulam ſuam eum ſcripſiſſe, *Suidas* in Ὠρίων docet. *Hyperechius* Alexandrinus extitit Grammaticus, cujus varia itidem ſcripta ab eodem *Suida* in Ὑπερέχιος referuntur. His Magiſtris ita virtute eminere & ingenio cœpit *Eudocia*, ut forma, qua emendatiſſima fuit, in minimis ejus dotibus haberetur. Hinc pater etiam moriturus, ut *Nicephoro* l. c. relatum eſt, teſtamento haeredes ſcripſit filios duos Valerium & Ælium, vel ut *Chronici Alexandrini* Auctor ad A. C. *CCCCXXI.*

verum Auctorum ætate à veritate aberrarunt. Vindicari etiam hac ratione *Erinnæ* auctori poteſt Ode εἰς Ῥώμην quam illæ non in Fortitudinis, ſed in urbis Romæ, laudem ſcripta à multis creditur. Varia de nomine profert *Jbo. Cremius*, in Animadvv. Hiſtorico-Philologg. P. X. pag. 267--270.

CCCCXXI. vocat *Geſium*, & *Zonaras Annal.* lib. *XVII.* §. 22. *Geneſium*: filiae, quae *Athenaidis* tum appellabatur nomine, in eruditione & forma patrimonii affatim eſſe; vel, ut *Zonaras* ait, fortunam ejus arte ante ſibi perſpectam, cauſatus. Quam iniquitatem illa aegre ferens, cum à fratribus ſupplex tertiam paternae haereditatis partem obtinere non poſſet, aedibus inſuper paternis expulſa, cauſam in aula Auguſti actura, CPolin venit, ubi *Pulcheriae*, Theodoſii Junioris ſorori atque tutrici, cujus maxima ea aetate eſſet autoritas, hacce occaſione innotuit. Ea fratri, ut matrimonio ſibi jungeret ornatiſſimam feminam, auctor extitit. Baptizata igitur ab Attico Epiſcopo, teſte *Nicephoro* & *Socrate*, pagana enim erat, *Eudociae* nomen accepit, inde in Imperatoris amplexus venit, nuptiis celebratis A. C. CCCCXXI. ex a. d. VII. Idus Jun. ut eſt in *Chronico Alexandrino*, Auguſta coronata eſt A. C. CCCCXXII. ex a. d. *I.* Januarii, quo etiam anno filiam Liciniam Eudociam peperit, vid. *Marcellini* Com. Chronicon pag. 19. ed. *Sirm.* Pariſ. 1619. & Chronicon Alex. Ea qua fuit animi indole ſublimi & injuriarum contemtrice, fratres tanta ſororis fortuna exanimatos, atque jam fuga ſibi conſulentes, retraxit, ampliſſimiſque dignitatibus ornavit, vid. *Chronicon Alexandrinum* l. c. ipſorum malevolentia iſtud ſibi patefactum ad gloriam iter agnoſcens. Filiam A. CCCCXXIIII. bimulam Valentiniano Conſtantii & Placidiae filio deſponſavit, vid. *Marcellinum Com.* l. c. pag. 20. quae nuptiae cum An. CCCCXXXVII. conſummatae eſſent, paulo poſt Eudocia noſtra Hieroſolymam & loca ſacra prima vice adiit, vid. *Marcellinum Com.* l. c. & plures apud *Cangium* ad *Chron. Alexandr.* atque *Valeſium* ad *Evagrii* Hiſt. Eccl. lib. *I.* cap. 21. Verum ut ſunt res humanae parum ſtabiles, ita nec illa *Eudociae* fortuna perpetua fuit. Maritalem enim concordiam poſt aliquod tempus diremit offenſa, quam cur levem dicat, eamque ſe neſcire affirmet *Cangius* de Fam. Byzant. pag. 71. non video, cum eam luculenter ediſſerant, graviſſimamque fuiſſe oſtendant *Cedrenus* Tom. *I.* pag. 343. *Nicephorus* l. c. & *Marcellinus* l. c. pag. 26. Nempe Chryſaphio Eunucho, qui maxima tum in aula gratia florebat, quaedam cum Flaviano Patriarcha eo tempore ſimultates interceſſere: quem cum ſede patriarchali ille cuperet dejectum, id vero fieri non poſſe, quamdiu

Pul-

Pulcheriæ præcipua eſſet autoritas, facile animadverteret; Eudociæ contra eam muliebria ſtudia accendit. Illa precibus primum fruſtra animum Imperatoris tentavit, ut Præpoſitum à Pulcheria abſtractum ſibi adjungeret, atque ſic ad ſe Pulcheriæ autoritatem transferret. Inde vero, Chryſaphio inſtigante, porro inſtans poſtremo impetravit, ut accerſito Patriarchæ Imperator præciperet, diaconiſſam Pulcheriam ut ordinaret. Quam rem ille ægre ferens clanculum ejus Pulcheriae indicium fecit, quae juſſo ad Eudociam tranſire Praepoſito, urbe exceſſit, & privatam vitam egit. Sic rerum ſumma fere ad Eudociam pervenit. Quam Paullino Imperator, pluſquam ferret Caeſarei lecti honos, favere, interea temporis ſuſpicatus, orta ſuſpicione ex malo ingentis pretii, ab Imperatore Eudociae donato, ab ea vero ad aegrotum Paulinum, Imperatori qui erat in chariſſimis, atque ejus cum Eudocia nuptias promoverat, miſſo, (quod tamen à ſe factum ea, cum Paulinus rerum omnium ignarus malo illo rurſum donato Imperatori rem palam feciſſet, jurejurandi religione interpoſita negaret) turbare ex iſta occaſione Eudociae felicitatem fortunae invidia coepit; id quod factum circa An. CCCCXXXIX. Severe hinc Imperator id factum ei exprobrans, Paulinum quoque capite plecti jubens, Eudociam vero malorum omnium cauſam pulſa ex aula Pulcheria ſibi extitiſſe conqueſtus, eam, ut diſcederet circa An. CCCCXLIV. Conſtantinopoli Hieroſolymam & loca ſacra viſitatura, permovit. In quo itinere Antiochiam delata, habita de laudibus urbis ad Senatum populumque ex throno aureo oratione, auream effigiem in Senatu, ſtatuam aeream in muſeo promeruit. v. Chronicon. Alex. pag. 316. Hieroſolymam delata multa ibi pietatis ſuae monimenta magnificentia regia condidiſſe perhibetur. vid. *Nicephor. XIV.* 50. Rediiſſe tamen CPolin dicit *Cangius* in Familiis Byzant. l. c. & poſt conjugis obitum rurſum Hieroſolymam profectam eſſe. Qui ortus ex eo eſt error, quod Vir magnus apud *Evagrium* Hiſt. Eccl. lib. *I.* cap. 21. *Nicephorum* Hiſt. Eccl. *XIV.* 50. *Marcellinum* l. c. pag. 24. legiſſet, bis ſacra loca adiiſſe Eudociam. At illud explicandum ex iis, quae ſupra diximus, de priore ad ea loca profectione, voti cauſa ſuſcepta. Sane ex poſteriori hoc itinere non rediit, ut ipſi animadverſum *Cangio* ad Chronicon. Alexandr. l c. ſed diem

 obiit

obiit Hieroſolymis anno V. Imperii Marciani, juramento, cum in ultimis jam eſſet, teſtata, innocuae ſibi, quae de Paulino jactata fuerant, calumniam affinxiſſe. vid. *Chronicon Alexandr.* pag. 316. & *Cedrenum* Tom. I. pag. 346. Sepulta eſt in Eccleſia S. Stephani, quam in ſuburbanis aedificaverat. vid. *Evagrium I.* 22. Illuſtris hujus Poëtriae carminum memoria ad nos pervenit ſequentium. Primum victoriam, qua debellatum cum Perſis fuit, Olymp. CCC. an. IV. ut apud *Socratem* Hiſt. Eccl. VII. 20. eſt, heroico verſu eſt perſecuta, vid. *Socratem* l. c. cap. 21. Deinde teſte *Nicephoro* Hiſt. Eccleſ. XIV. 50. Hieroſolymitanos carmine affata fuit, cujus ultimum verſum apud eum ſervatum habes, unde ſuſpicio mihi naſcitur, orationem apud Antiochenos habitam, cujus ſupra meminimus, carmine quoque conceptam fuiſſe. Quamvis tamen tacere non poſſim, verſum eundem ab *Evagrio* dici, orationem ejus ad Antiochenos finiviſſe. Libellos ejus duos in Danielem & Zachariam carmine ſcriptos ſe legiſſe ait *Tzetzes* Chil. X. Hiſt. v. 57. ſqq. de quibus vid. *Photium* Cod. *CLXXXIV.* cetera vero commentaria ſe nanciſci haud poſſe conqueritur. (33) Ὀκτά-

(33) Ὥς που καὶ ἡ βασίλισσα ἐκείνη Εὐδοκία
Ἡ τοῦ μεγάλου Λέοντος ἡ πάνσοφος θυγάτηρ,
Γραμματικοῖς μαθήτεια οὖσα Ὑπερεχίου,
Ποτὲ καὶ τοῦ Ὠρείονος μικρὸν ἀκροωμένη
Ῥητορικοῖς, ἑτέρων δὲ καὶ φιλοσόφοις ἄλλων.
Ταῖς μεταφράσεσιν αὐτῆς ταῖς δι' ἐπῶν εἰρήκει,
Δρύες τοῦ Βασανίτιδος, ἀκούσατε, ὡς γράφει,
Οὐκ ἔχω λέγειν ἀκριβῶς, εἴτε τῷ Ζαχαρίᾳ,
Εἴτε τῇ μεταφράσει δὲ τοῦ Δανιὴλ ὁμοίως.
Τὴν γὰρ Ὀκτάτευχον αὐτῆς καὶ συγγραφὰς ἑτέρας
Μέχρι νῦν οὐκ εὐτύχησα ἰδεῖν καὶ ἀναγνῶσαι,
Καὶ μακαρίσαι τὴν χρυσῆν ἐκείνην Βασιλίδα,
Καὶ τὰς ἡμέρας τὰς χρυσᾶς οὔσας ἐκείνης χαίρειν,
Ὅτε τοιαύτη δέσποινα καὶ δι' ἐπῶν καὶ οὕτως
Ἔγραφε τεχνικώτατα, μὴ δὲ στιγμὴν ἐῶσα.

Et v. 89. ſqq.

Ἡ δ' Εὐδοκία Βασιλὶς, ἡ Λέοντος θυγάτηρ,
Δρύες τοῦ Βασανίτιδος ἔπεσι ταύτης εἶπεν.
Ἧς δύο βιβλιδάρια τὰ δι' ἐπῶν ἀνέγνων,
Τὸ εἰς τὸν Ζαχαρίαν τε καὶ Δανιὴλ ὁμοίως.
Καὶ δὴ τὰ Ὁμηρόκεντρα τὰ ταύτῃ συντεθέντα.

Hunc

Ὀχλάτευχον carmine ab ea redditam non *Photius* tantum Cod. *CLXXXIII.* quod *Voſſio* obſervatum, verum & *Tzetzes* commemorat. Laudes Cypriani tribus libris metro proſecuta eſt, teſte eodem *Photio* Cod. CLXXXIV. Homerocentones vero in Chriſtum, qui ei tribuat, *Voſſius* neminem ex antiquioribus novit, at certe factum id à *Tzetza* deprehendimus. Factum & à Zonara Annal. l. c. qui opus id à *Patritio* imperfectum relictum, ab *Eudocia* perfectum & digeſtum eſſe docet, idque patere áit ex inſcriptione verſibus hexametris ei ab illa præmiſſa. *Patritium* illum proinde alium eſſe oportere à *Pelagio Patritio*, qui à Zenone Imperatore ſublatus eſt, & cui Homerocentones tribuit *Cedrenus*, recte obſervat *Cangius* ad Zonaram l. c. In catalogo vero Palatino num. 326. Patricii Presbyteri centones Homericos cum præfixo epigrammate Eudociæ memorari obſervat idem, qui & in codice Colbertino eoſdem centones perperam *Eudoxiæ*, Zoës ſorori, Conſtantini Imperatoris, Baſilii Bulgaroctoni fratris, filiæ ait adſcribi. Eos ab *Henr. Stephano* & *Ald. Manutio* ante eum editos habemus, qui incerti Auctoris eos dicere, quam temere heic aliquid affirmare maluerunt. (34)

EUME-

(34) Hunc librum accurate pro more ſuo deſcripſit Celeb. *Fabricius* Biblioth. Gr. lib. II. cap. 7. §. 4. pag. 357. *Exſtant etiamnum Homerocentones in ſacrum argumentum deflexi, in quibus hiſtoria paradiſiaca, primum peccatum protoplaſtorum, hinc Dei de hominibus in gratiam per Chriſtum recipiendis conſilium, præcipue vero hiſtoria Evangelica & geſta Servatoris noſtri fuſe exponuntur per capita LV. Primus illos cum Latina interpretatione Pet. Candidi in lucem edidit Aldus Manutius, Venet. An.* 1502. *(non, ut in Eliæ Ludov. du Pinii Bibliotheca ſcriptorum Eccl. excuſum eſt,* 1554.*)* 4. *Hinc Græce & Latine excuſi ſunt, Francof.* 1541. 8. *&* 1554. 8. *cum Probæ Falconiæ ſive Faltoniæ centonibus Virgilianis & Nonni paraphraſi Evangelii Joannei; Henr. quoque Stephanus græce excudit additis iiſdem Probæ Virgilio centonibus & jam commemorato Nonni poëmate* 1578. 12. *Ab eo tempore Claud. Chapeletus Pariſ.* 1609. 8. *in uſum Gymnaſii Soc. Jeſu typis ſuis exſcripſit Poetas græcos chriſtianos cum lat. verſione, in quibus familiam ducunt iſti Homerocentones. Sed & in appendice Bibliothecæ Patrum græco latina Bigneana occurrunt, Pariſ.* 1624. *fol. pag.* 95. *& Tomo XI. Biblioth. P P. græco-latinæ Pariſ.* 1644. *pag.* 572. *Ne dicam in latinis Bibliothecæ P P. editionibus plus ſimplici vice vulgatos latine. Denique græce ſubjecti ſunt editioni Homeri græco-latinæ, Amſt.* 1648. 8. *Illuſtrantur varia horum centonum loca ab Henr. Stephano in diſſertatione, quam parodiis ſuis moralibus ſubjecit an.* 1575. 8. *Eos Aldus, Francofurtenſes H. Stephanus & Chapeletus ſine nomine auctoris ediderunt. At in appendice Bigneana & in græco-latina Bibliotheca Patrum inſcribuntur:* Homerici centones Eudociæ Auguſtae ſive Pelagii Patricii. --- *In Frid. Sylburgii catalogo MSS. Biblioth. Palat. pag.* 100. *memorari videas* Patricii Preſbyteri de Chriſti incarnatione, vita, morte, reſurrectione poëmation, Homericis verſibus & ſemiverſibus concinnatum, Ὁμηρόκεντρα vulgo dictum. Eudociæ Auguſtæ in eadem Ὁμηρόκεντρα epigramma. & pag. 121. Patricii Homerocentra ſeu Chriſtiadem ex Iliade & Odyſſea. *Hic eſt Pelagius Patritius, quem interfecit Zeno Imperator, à quo Pelagio Homerocentones compoſitos teſtantur Cedrenus in Zenone* pag. 291. *& Zonaras in Theodoſio juniore Tom. III. Annal. pag.* 37. *Verum huic ſententiæ temporum ratio repugnare videtur, Eudocia enim prius*

mor-

XXXIII.

EUMETIS à Patre *Cleobulina* dicta, ſupra à nobis commemorata jam fuit, cujus hic rei indicium ſaltem erat faciendum.

XXXIV.

De EUNICE Salaminia nil aliud dicendum occurrit, niſi quod inter Sapphus diſcipulas cenſeatur à *Suida* in Σαπφώ. Quod vero nomen ejus *Eianica* vel *Euneea* vel *Eunoea* efferri dicit *Tiraquellus* in leg. connubial. XI. Gloſſ. 1. Part. XI. Tom. II. Opp. pag. 187 b. id codicibus, quibus uſus eſt, corruptis deberi exiſtimo. (35)

XXXV.

GONGYLA quoque Colophonia inter *Sapphus* ὁμιλητρίας celebratur, neque ejus alibi facile mentionem obviam eſſe putem.

HEDY-

mortua exiſtimari poteſt, quam Homerocentones à Pelagio componerentur. Et forte epigramma Eudociæ, quod in Codice Bibl. Palatinæ Homerocentonibus præmittebatur, reſpiciebat non Pelagii poëma, ſed ipſius Eudociæ, quæ & ipſa, teſte Jo. Tzetza, Homerocentones ſcripſerit. Porro illos, qui editi hodie exſtant, Homerocentones Pelagio potius tribuerim quam Eudociæ, propter ejuſdem Codicis Palatini fidem, quæ Voſſium etiam, ut idem ſentiret, videtur permoviſſe. Aubertus vero Miræus, qui in Auctario de Scriptoribus Eccleſiaſt. hos centones adſcripſit Eudociæ Auguſtæ, non Theodoſii jun. ſed Conſtantini XII. cognomento Ducæ Conjugi, recte reprehenſus eſt à Guilh. Caveo. Sed *Juſtus Fontanini* lib. II. cap. 5. Operis de Antiqq. Hortæ Coloniæ Etruſcorum, Homerocentones *Patricii* ab *Eudocia* in ordinem redactos, *Pelagii* vero plane diverſos & deperditos eſſe contendit. Addit Celeb. *Fabricius* in not. ad pag. 358. *Ex Clar. Boivinii præclara obſervatione me monuit Ludolph. Neocorus, Codicem 2891. Bibl. Reg. Pariſ. exhibere Homerocentones, quales à Patricio primum collecti ſunt, idque opus tantum conſtare verſibus 203. Porro Codicem 2977 & 3260 eundem centonem exhibere ab Eudocia concinnatum & auctum, qui conſtat verſibus 615. Sed in Codice 2977. illud carmen non Eudociæ, Theodoſii Conjugi, ſed alii Eudociæ, Sorori nempe Zoës tribui. Præterea alium Codicem Homerocentones exhibere, quales Aldus primum, deinde H. Stephanus & alii ediderunt, quadruplo ampliores, quam qui Cod. 2977. Eudociæ adſcribuntur. Prima collectio, quæ Patricium auctorem habet, & cujus apographum apud laudatum Neocorum exſtat, quanquam eſt brevior, ea tamen omnia attingit, quæ de Chriſto in Symbolo Apoſtolorum & Nicæno continentur. Secunda collectio, quæ Eudociæ eſt, præter illa, quæ attigerat Patricius, varias continet de Chriſti miraculis narrationes, ſuis quasque locis inſertas & ſupremi judicii peculiarem habet in fine deſcriptionem. Tertiæ collectionis auctor præfixit operi ſuo capita 4. de mundi creatione, de paradiſo, de aſtu ſerpentis, & de violata à primis parentibus lege divina. Ad hæc non ſolum integros paſſim verſus, ſed & epiſodia poëtica & deſcriptiones frivolas adtexuit tanta licentia, ut ſæpe ab evangelica veritate diſcrepet.* Idem Vol. VI. Bibl. Gr. pag. 588. in not. *Cangius pag. 48. ad Zonaram monet, in Codice altero Colbertino, quemadmodum & in Codice Regio 2977. fieri Clar. Kuſterus me monuit, ad Eudoxiam Macrembolitiſſam Zoës ſororem & Conſtantini Ducæ primum deinde Romani III. Diogenis Impp. conjugem referri Homerocentra.* Εὐδοξίας τῆς ἀδελφῆς τῆς κυρᾶς Ζωῆς Ὁμηρόκεντρα. *Montfauconus in Palæogr. Gr. pag. 298.* Homerocentones, qui jam diu editi fuerunt, ſcripſiſſe creditur Eudocia Macrembolitiſſa, cujus opuſculi Codex habetur in Bibliotheca Collegii Ludovici M. conf. etiam

Bern.

XXXVI.

HEDYLA Attica, matre nata *Moſchina*, Iamborum Poëtria, (filio quoque facta celebrior Poëta, quem *Hedylum* rectius ceteris auctoribus, quam *Hedylogum Athenæo* vocari, judicium eſt τοῦ πάνυ *Caſauboni* ad *Athenæi* lib. VII. cap. 12.) ipſa quoque hac arte excelluit. Atque ita certe accipienda *Athenaei* l. c. verba: Ἡδύλη τοῦ ποιητοῦ τούτου (Ἡδυλόγου) μήτηρ, Μοσχίνης δὲ θυγάτηρ τῆς Ἀττικῆς, ἰάμβων ποιητρίας. Ex quibus non video, quomodo Cl. *Voſſius* de Poëtis Græc. incertæ ætatis in *Hedylogus* hunc ſenſum extundere potuerit; *Hedyle matrem habuit Poëtriam, Moſchinæ Atticæ filiam.* Niſi pro *filia* errore typographorum *filiam* perperam ſcriptum dicas. Ætas illorum omnium incerta; Poëma vero *Hedylæ*, quod Scyllam vocavit, ex *Athenæo* lib. VII. pag. 297. B. notum, qui ex eo verſus nonnullos recitavit. (36) *Pauſaniam* ejus in Boeoticis meminiſſe, quod *Tiraquello* in leg. Connubial. *XI.* Tom. *II.* Opp. pag. 187. b. traditum, non memini.

XXXVII.

Bern. de la Monnoye notas ad *Bailleti* jugemens ſur les Ouvrages de Poëtes latins, pag. 422. ſq. De Eudocia antiquiore vid. præter auctores allegatos, *Theophanem* pag. 72. ibique *Jac. Goarum* in notis pag. 569. *Gyraldum* de Hiſtoria Poet. dial. V. pag. 282. a. & *Menagium* in Hiſtoria Mulierum Philoſoph. num. 24. ſqq. Vitam ejus eleganter deſcripſit Auctor Gallus in Continuation des Memoires de Litterature & d'Hiſtoire Tom. VIII. Part. 1. pag. 3--113. qui profitetur, ſe uſum eſſe obſervationibus *Tillemontii*, quæ Tom. XIV. & XV. Memoriarum Hiſt. Eccl. leguntur. vid. Journ. Sc. 1730. m. Dec. pag. 435. ſqq. Conferendæ etiam ſunt Reflexions ſur l'attachement d'Athenais Imperatrice d'Orient pour Paulin Favori de l'Empereur; où l'on refute l'Auteur de la vie d'Athenais inſerée dans le IX. Tome de Memoires, quæ exſtant in Bibliotheque raiſonnée Tom. IX. pag. 457--466. vid. Relatt. Saxoniæ inf. de rebus liter. 1733. pag. 240.

(35) Commemoranda eſt hoc loco EURYDICE ex *Plutarchi* libro de liberis educandis in fine, Tom. II. Opp. pag. 14. B. Πειρατέον εἰς τὸν τῶν τέκνων σωφρονισμὸν πάνθ' ὅσα προσῆκεν ἐπιτηδεύειν, ζηλώσαντας τὴν Εὐρυδίκην, ἥτις Ἰλλυεὶς οὖσα, καὶ τριβάρβαρος, ὅμως ἐπὶ τῇ μαθήσει τῶν τέκνων, ὀψὲ τῆς ἡλικίας ἥψατο παιδείας· ἱκανῶς δὲ αὐτῆς τὴν φιλοτεκνίαν σημαίνει τοὐπίγραμμα ὅπερ ἀνέθηκε ταῖς Μούσαις·

Εὐρυδίκη Ἱεραπολιῆτις τόνδ' ἀνέθηκε
Μούσαις, εὔιστον ψυχῇ ἑλοῦσα πόθον.
Γράμματα γὰρ μνημεῖα λόγων, μήτηρ γεγαυῖα
Παίδων ἡβώντων ἐξεπόνησε μαθεῖν.

(36) Ἡδύλη ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σκύλλῃ ἱστορεῖ τὸν Γλαῦκον ἐρασθέντα Σκύλλης ἐλθεῖν αὐτῆς εἰς τὸ ἄντρον·

Ἢ κόγχου δώρημα φέροντ' ἐρυθρᾶς ἀπὸ πέτρης,
Ἢ τοὺς Ἀλκυόνων παῖδας ἔτ' ἀπτερύγους,

XXXVII.

De HEROPHILA vel EROPHILA, cujus in Sibyllis celebratur nomen, videnda, quæ diximus ſupra §. 4 & 7.

XXXVIII.

HESTIAEAM, ſive *Hiſtiaeam* Alexandrinam non video, quo jure in Poëtriis cenſeat *Gerh. Jo. Voſſius* de Poëtis Gr. inc. ætatis in *Heſtiæa*, & ante eum *Tiraquellus* in Leg. XI. Connub. gloſſ. 1. ſect. XI. Tom. II. Opp. pag. 188. a. cui Heſtie male audit. Certe enim unicus, quo ejus memoriam tuemur, *Strabonis* Geogr. lib. XIII. pag. 599. (37) locus Grammaticam potius, quam Poëtriam fuiſſe ſuadet. Nempe ad *Homeri* Iliada quædam ſcripſit, examinans, an ad eam, quæ ſua ætate erat, Trojam Græci conſederint, & an Trojanus is ſit Poëtæ campus, qui inter urbem & mare eſt. Quæ ſane carmen haud olere, obeſiores quoque nares deprehenderint. Sententiam noſtram firmat mentio facta ejuſdem in Scholiis minoribus, quæ *Didymo* vulgo tribuuntur, ad Homericæ Iliados γ'. v. 64. ubi vocatur Ἱστιαία ἡ γραμματική.

XXXIX.

Τῇ νύμφῃ Δυσπίστῳ ἀθύρματα δάκρυ δ' ἐκείνου
Καί Σειρὴν γείτων παρθένος οἰκτίσατο·
Ἀκτὴν γὰρ κείνην ἀπενήχετο, καὶ τὸ σύνεγγυς
Ἄιτυης.

(37) Παρατίθησι ὁ Δημήτριος, καὶ τὴν Ἀλεξανδρινὴν Ἑστιαίαν μάρτυρα, τὴν συγγράψασαν περὶ τῆς Ὁμήρου Ἰλιάδος, πυνθανομένην, εἰ περὶ τὴν νῦν πόλιν ὁ πόλεμος συνέστη, καὶ τὸ Τρωϊκὸν πεδίον τὸ μεταξὺ τῆς πόλεως καὶ τῆς θαλάττης ὁ Ποιητὴς φράζει.

(38) Τὸν ἴαμβον τάττεσθαι μὲν ἐπὶ λοιδορίας τὸ παλαιόν· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἰαμβίζειν, κατά τινα γλῶσσαν, λοιδορεῖν ἔλεγον· οἱ δὲ ἀπό τινος Ἰάμβης θεραπαινίδος Θρᾴττης τὸ γένος· ταύτην φασὶ τῆς Δήμητρος ἀνιωμένης ἐπὶ τῇ τῆς θυγατρὸς ἁρπαγῇ προσελθεῖν περὶ τὸν Ἐλευσῖνα ἐπὶ τῇ νῦν Ἀγελάστῳ καλουμένῃ πέτρᾳ καθημένην· καὶ διά τινων χλευασμάτων εἰς γέλωτα προαγαγέσθαι τὴν Θεόν.

(39) Ἰστέον, ὅτι τῆς κόρης, ἤγουν τῆς Περσεφόνης ἁρπαγείσης ὑπὸ τοῦ Πλούτωνος, ἡ μήτηρ αὐτῆς ἡ Δηὼ περιήρχετο νῆστις ζητοῦσα αὐτήν· ὑπεδέχθη δὲ ἐν τοῖς οἴκοις τοῦ Ἱπποθέωντος, ὃς ἦν υἱὸς τοῦ Ποσειδῶνος ἐξ Ἀλόπης τῆς Κερκυόνος, ὑπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Μετανείρας· ἥτις Μετάνειρα παρέθηκεν αὐτῇ τράπεζαν, καὶ ἐκέρασεν αὐτῇ οἶνον ἐπὶ τῇ θλίψει· ἡ δὲ Θεὸς οὐκ ἐδέξατο, λέγουσα μὴ θεμιτὸν εἶναι πιεῖν αὐτὴν οἶνον, ἐπὶ τῇ θλίψει τῆς θυγατρός· ἀλφίτων δὲ αὐτὴν κυκεῶνα ἐκέλευσε κατασκευάσαι· ὃν δεξαμένη ἔπιεν. Ἰάμβη δέ τις δούλη τῆς Μετανείρας, ῥαθυμοῦσαν τὴν Θεὸν ὁρῶσα, γελοιώδεις λόγους καὶ σκόμματά τινα πρὸς τὸ γελάσαι τὴν Θεὸν ἔλεγεν· ἦσαν δὲ τὰ ῥηθέντα ὑπ' αὐτῆς ἰαμβικῷ μέτρῳ ῥυθμισθέν-

τα·

XXXIX.

IAMBE Threſſa fuit, ut diſerte *Nicandro* Alexipharm. v. 132. & *Proclo* apud *Photium* Cod. CCXXXIX. pag. 522, 13. (38) traditum, atque ad mythica tempora refertur. Patrem Pana, matrem Echo ei tribuunt, ut veteri *Grammatico* ad *Nicandrum* l. c. (39) & *Etymologo* in Ἰάμβη (40) obſervatum. Ancillam eam faciunt Metaniræ, uxoris Hippothoontis, ut apud eundem Grammaticum eſt, vel ut traditum Apollodoro lib. I. Biblioth. cap. 5. §. 1. (41) Celei. Ad quem cum Ceres divertiſſet, filiam amiſſam quærens, neque ad cibum capiendum, ut erat moerore plane immerſa, permoveri poſſet, obſcoeno corporis geſtu & ſcommatibus demum, jambiciſque aculeis, quorum ipſa extiterit inventrix, ejus pervicaciam vicit, quæ quidem ab aliis Mythographis Bauboni tribui notiſſimum, vid *Clementem Alexandr.* in Protrept. pag. 13. ed. Pariſ. (42)

XL.

De LAMIA, quae *Artemin* Sibyllam filiam habuit, ipſaque primum oraculis reddendis inclaruit, quod addamus ſupra dictis, ubi de filia ejus, apud antiquos quidem nihil occurrere meminimus.

XLI.

τα, ὅπερ αὐτῇ πρῶτον εἶπεν· ἐξ ἧς καὶ τὴν προσηγορίαν ἔλαβον οἱ ἴαμβοι λέγεσθαι. Ἰάμβη ἡ θυγάτηρ Ἠχοῦς καὶ τοῦ Πανὸς, Θρᾷσσα τὸ γένος. Hæc etiam leguntur in Scholiis *Euripidis* ad Oreſt. v. 962. *Scholiis Nicandri* in ed. Colon. 1530 pag. 72. adduntur hæc: Ἰάμβη δούλη Μετανείρας τῆς Ἱπποθόωντος γυναικός. ἥτις τὴν Δήμητρα λυπουμένην ἰδοῦσα ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῆς Περσεφόνης εἶπέ τινα ἔμμετρα γελοιώδη ἐπὶ τῷ παραμυθήσασθαι· ἐξ ἐκείνης οὖν καὶ τὸ μέτρον ἰαμβεῖον.

(40) Τινὲς, ὅτι Ἰάμβη Ἠχοῦς καὶ Πανὸς θυγάτηρ, τὴν Δήμητραν ἡ λυπουμένην παίζουσα καὶ αἰσχρολογοῦσα καὶ σχήματα ἄσχημα ποιοῦσα, ἐποίησε γελάσαι· καὶ ἰαμβεῖον εἴρηται, ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν τὸ ὑβρίζειν, ἀπὸ τοῦ ἰὸν βάζειν, ἢ ὡς βέλη βάλλειν τὰ λεγόμενα· ἢ ἀπὸ τῆς εὑρέσεως γυναικὸς Βάκχης τινὸς, Ἰάμβης καλουμένης· ἢ ἀπὸ τοῦ ἰαν βάζειν· ἡ γὰρ κοινὴ τῶν ἀνθρώπων φωνὴ ἰα καλεῖται.

(41) Πρὸς Κελεὸν ἐλθοῦσα (Δήμητρα) τὸν βασιλεύοντα τότε Ἐλευσινίων, ἔνδον οὐσῶν γυναικῶν, καὶ λεγουσῶν τούτων, παρ' αὐτὰς καθίζεσθαι, γραῖα τις Ἰάμβη σκώψασα τὴν Θεὰν, ἐποίησε μειδιᾶσαι· διὰ τοῦτο ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις τὰς γυναῖκας σκώπτειν λέγουσιν.

(42) ICASIA, vid. ſupra not. 18. de CASSIA.

IRENAE, ſ. Εἰρήνη Poetriæ adſcribuntur in Collectione Gnomicorum à *Matthæo Aur[?]allo* è MSto Codice deſcripta, & cum *Callimachi* hymnis græce Baſil. 1532. 4. edita verſus duo hexametri, qui in *Stobæi* Florilegio Grotiano pag. 486. *Incerti* & in ed. *Stobæi* Genevenſi Serm. CXVII. pag. 599, 20. *Sim[?]idis* eſſe dicuntur:

XLI.

LAMPUSAE nomen in Sibyllis eſt, ita enim Colophoniam dictam eſſe Sibyllam à *Suida* in Σίβυλλα Κολοφωνία habemus. Idem à Calchante eam originem duxiſſe ait, unde ætatem ejus colligas licet, vaticiniaque eam & oracula pariter ac alia quædam ſcripſiſſe verſibus teſtatur.

XLII.

LEARCHIDEM inter Poëtrias cenſendam eſſe ſuſpicionem injicit *Tatianus* in Orat. ad Græcos §. 52. pag. 113. ed. *Worth.* qui inter reliquas feminas poëſi apud Græcos claras eam retulit, ejusque ſtatuam à *Meneſtrato* fabricatam dicit. Alibi me ejus mentionem inveniſſe non recordor.

LESBIA SALPE, vid. SALPE.

XLIII.

MANTUS ſupra mentionem fecimus in Daphne, cumque eam carmina ſcripſiſſe vel recitaſſe ſatis haud conſtet, plura quoque de ea hoc loco non addimus. Certe diverſam eam à *Daphne* eſſe, vel ex eo conſtat, quod hæc Delphis vitam egerit, Apollinis ὑποφῆτις, illa Regi Clari matrimonio juncta fuerit, ut conſtat ex *Hygino* fab. CLXXVIII. (43) Cetera conſulto præterimus. (44)

XLIV.

MEGALOSTRATE, ſummo Poëtæ Alcmani quæ in deliciis fuit, non forma

Τῦτί κεν εἰς ἀΐδαν, κενεὰ διανήχεται ἀχώ,
Σιγᾷ δ' ἐν νεκύεσσι· τὸ δ' σκότος ὄσσε κατέῤῥει.

Nihil ad inferos, quam ſonus tranſit inanis,
Silentium inter umbras eſt, & oculis offunduntur tenebræ.

& *Hug. Grotio* interprete :

Infernas ad Ditis aquas vox tranſit inanis ;
Triſte ſilent umbræ ; caligant lumina nocte.

(43) Haec fabula *Europæ* hiſtoriam recenſet, nullamque vel *Daphnes* vel *Mantus* mentionem facit. Sed in fab, CXXVIII. inter Augures numeratur *Manto Tireſiæ filia*, quibus confirmantur illa, quae ſupra not. 30. monuimus.

(44) Commemorandum hoc loco eſt nomen commentitium MARSEPIAE, de qua *Tiraquellus* in legem connubial. XI. gloſſae I Part. XI. *Marſepia à Politiano inter doctas & vates feminas poſita in carmine, cui titulus* Nutricia [v. 220, ubi tamen legitur *Marpeſia*]. *Et de hac eſt illud Tibulli* lib. II. eleg. V. v. 67.

Quic-

ma magis quam carminis ſuavitate animum ejus deliniviſſe credenda eſt. De cujus Poëtæ ætate cum plana ſint omnia, circa Olymp. XXVII. floruit enim, nihil nobis ea ex parte iſta Poëtria noſtra ſcrupuli facit. Honori ejus conſuluit egregie *Athenæus* lib. XIII. pag. 600. συμμέτρως eam ab *Alcmane* adamatam dicens, atque animorum potius, quam corporum, iſtud commercium fuiſſe innuens, ſermonibusque & cantu hanc feminam amantes ſibi obnoxios feciſſe dicens. Forma qualis fuerit, ipſa innuit, ξανθὰν Μεγαλοστράταν ſeſe appellans in fragmento ab eodem *Athenæo* ſervato, quod Veneris quoque epitheton eſſe ſolet. (45)

XLV.

De MEGARA non eſt cur repetam ſupra de *Atthide* dicta, eadem enim omnia ei quoque applicari debent.

XLVI.

MNESARCHIS vix aliunde nota, quam ex *Tatiani* Orat. contra Græcos §. 52. pag. 114. qui eam Epheſiam, ejuſque ſtatuam Euthycratem finxiſſe dicit, quem cum CXX. Olympiade floruiſſe ex *Plinio* lib. XXXIV. cap. 8. ſegm. 19. conſtet, inde quoque *Mneſarchidis* ætas aliquid lucis accipit. (46)

XLVII.

Quicquid Amalthea, quicquid Marſpia dixit.

Sed apud hunc legi debere *Marpeſſia*, idque de patria Sibyllae cujusdam intelligendum eſſe; recte ſupra §. 7. monuit Auctor noſter. MARTHA quaedam in Melodis Græcorum numeratur à Celeb. *Fabricio* Vol. X Biblioth. Gr. p. 135. De MARTHA Syra fatidica, *Plutarchus* in vita E. Marii Tom. I. Opp. pag. 414. ſq. Μάριος τινα Σύραν γυναῖκα, Μάρθαν ὄνομα, μαντεύεσθαι λεγομένην, ἐν φορείῳ κατακειμένην, σεμνῶς περιήγετο, καὶ θυσίας ἔθυεν ἐκείνης κελευούσης· ἣν πρότερον μὲν ἀπήλασεν ἡ σύγκλητος ἐντυχεῖν ὑπὲρ τούτων βουλομένην, καὶ τὰ μέλλοντα προθεσπίζουσαν· ἐπεὶ δὲ πρὸς τὰς γυναῖκας εἰσιοῦσα διάπειραν ἐδίδου, καὶ μάλιστα τὴν Μαρίου, ἣ παρακαθίζουσα παρὰ τοὺς πόδας τῶν μονομάχων, ἐπιτυχῶς προηγόρευε τὸν μέλλοντα νικᾶν, ἀναπεμφθεῖσα πρὸς Μάριον ὑπ' ἐκείνης, ἐθαυμάζετο· καὶ τὰ πολλὰ μὲν ἐν φορείῳ παρεκομίζετο, πρὸς δὲ τὰς θυσίας κατῄει φοινικίδα διπλῆν ἐμπεπορπημένη, καὶ λόγχην ἀναδεδεμένην ταινίαις καὶ στεφανώμασι φέρουσα· τοῦτο μὲν οὖν τὸ δρᾶμα πολλοῖς ἀμφισβήτησιν παρεῖχεν, εἴτε πεπεισμένος ὡς ἀληθῶς, εἴτε πλαττόμενος καὶ συνυποκρινόμενος ἐπιδείκνυται τὴν ἄνθρωπον.

(45) Ex *Athenæo* l. c. liquet, hæc eſſe verba *Alcmanis* de *Megaloſtrata*, non vero hujus de ſe ipſa: Λέγει (Ἀλκμὰν) ὡς τῆς Μεγαλοστράτης συμμέτρως ἐρασθεὶς ποιητρίας μὲν οὔσης, δυναμένης δὲ καὶ διὰ τὴν ὁμιλίαν τοὺς ἐραστὰς προσελκύσασθαι. Λέγει δὲ οὕτως περὶ αὐτῆς·

Τοῦθ' ἁδειᾶν Μωσᾶν
Ἔδειξε δῶρον μάκαιρα
Παρθένων ἁ ξανθὰ Μεγαλοστράτα.

XLVII.

De MOSCHINA nihil eſt, quod addamus dictis ſupra, ubi de Hedyla, quæ vide.

XLVIII.

MYIAM, quam MUSCAM vocat *Gyraldus* dial. IX. de Hiſtoria Poëtarum Tom. II. Opp. p. 487. B. & *Tiraquellus* in Leg. XI. Connubial. Gloſſ. 1. Part. XI. Tom. II. Opp. pag. 189. b. à forma pariter ac eruditionis præſtantia commendat *Lucianus* in Muſcæ encomio, Tom. II. Opp. pag. 377 (47) eamque inter Poëtrias clarum nomen habuiſſe dicit. Theſpiacam eum intelligere Myiam, nulla idonea autoritate eidem affirmatum *Gyraldo*, *Tiraquello* & *Æg. Menagio* in Hiſtoria Mulierum Philoſoph. §. 88. Sane enim duas *Myias* utramque Poëtriam, commemorat *Suidas*, (48) Theſpiacam alteram, alteram Spartiatin, illam Lyrico carmine excelluiſſe, hanc in Apollinem & Dianam hymnum compoſuiſſe dicens, quarum an iſtam an illam *Lucianus* reſpiciat, dicere non eſt facile. Imo ſi audiendus *Gyraldus*, apud *Lucianum Corinnam* nonnulli reſpici putant, nempe & primam *Corinnam* Corinthiam & tertiam Thebanam Μυῖαν cognominatam ſupra nobis oſtenſum eſt. Melius vero conveniret, ſi *Corinnam* Theſpiacam hoc nomen tuliſſe conſtaret. Eadem incertitudine laboramus in loco *Clementis Alexandr.* Stromat. IV. cap. 19. pag. 523. (49), quo *Mya* & *Sappho* junguntur. De *Myia* Pythagorica hic nihil dicere attinet, nihil enim illi cum poëſi, egitque de ea ſatis diligenter *Menagius* l. c. neque de Athenienſi meretrice ejus nominis apud *Lucianum* l. c. eſt, quod addamus.

XLIX.

MYRO *Suidæ*, [num. VI.] in *Anthologia* [num. III.] & *Euſtathio* [num. V.] com-

(46) Ἡ τῆς ΜΕΛΑΜΠΟΔΙΑΣ vel ΜΕΛΑΜΠΟΔΟΥ ποίησις, quæ in *Iſ. Tzetzis* Scholiis ad *Lycophronis* Alexandram v. 682 & 683 allegatur, & ex illa verſus nonnulli de Tireſia proferuntur, intelligenda eſt non de Poëtriæ cujuſdam carmine, ſed de illo, quod in μάντιν *Melampodem Heſiodo* auctori adſcribitur. conf. omnino Celeb. *Fabricii* Biblioth. Graec. lib. I. cap. 15. §. 1. pag. 99. & lib. II. cap. 8. §. 17. pag. 379.

(47) Ἐγένετο κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ γυνή τις ὁμώνυμος αὐτῇ (μυῖα) ποιήτρια, πάνυ καλὴ καὶ σοφὴ, καὶ ἄλλη ἑταίρα τῶν Ἀττικῶν ἐπιφανής· περὶ ἧς καὶ ὁ Κωμικὸς ποιητὴς ἔφη· ἡ Μυῖα ἔδακνεν αὐτὸν ἄχρι τῆς καρδίας.

(48)

commemoratur. *Moero Athenaeo* [num IV.] *Parthenio* [num. VIII.] & eidem *Euſtathio* [num. XI. ſq.] Eas diſtinguere videntur *Lil. Gyraldus* dial. III. de Poëtarum hiſt. T. II. Opp. pag. 168. F. & dial. IX. pag. 487. C. & *Tiraquellus* in Leg. Connub. XI. pag. 189. b. favereque ipſis poſſe videbatur, quod *Euſtathius* poſt *Athenaeum* conſtanter Μοιρὼ ſcribat, ubi de μνημοσύνης auctore agit, eamque Βυζαντίαν vocet; Μυρὼ vero abſolute appellat eam, quae hymnum in Neptunum compoſuit. At in eo ſaltem ratio non conſtat *Gyraldo*, quod Moeroni hymnum in Neptunum tribuat, reliqua omnia, quae de Moerone habent *Athenaeus* & *Euſtathius*, ad Myronem referat. Nec *Tiraquellus* melius hic procedit, qui *Myroni* non tantum omnia eadem tribuit, quae de *Moerone* antea dixerat, verum & alia omnia deinceps, quae unius aetatis perſonaeque ejuſdem eſſe non poterant, permiſceat. Mihi omnino cum *Paulo Colomeſio* ad Gyraldi dial. III. de Poëtis pag. 168. veriſimilius videtur, eandem eſſe, quae *Myro* & *Moero* dicitur, feminam; ſane enim in *Moeronem Euſtathii* & *Athenaei* competere omnia videntur, quae *Suidas* habet de *Myrone*; eamque ſententiam Viris Clariſſimis *Lud. Kuſtero* in notis ad *Suidam* l. c. & *Jo. Alb. Fabricio* Biblioth. Graecae lib. II. cap. 15. num. 48. pag. 586. etiam placuiſſe video. (50) Byzantium ea patriam habuit. Ætatem manifeſtam reddi ex eo putamus, quod *Homeri* Tragici exſtitit mater, ut non *Suidae* tantum conſtat teſtimonio [vid. num. VI. in Ὅμηρος Ἀνδρομάχη & in Σωσίθεος.] ſed etiam *Chriſtodori* [num. I.] *Jo. Tzetzae* [num. XIII.] ut & *Scholiaſtae Hephaeſtionis* [num. VII.] cujus verba laudata *Allatio* de patria Homeri cap. 17. qui inde emendandum *Suidam* in Μυρὼ alibi docet, & pro Ὁμήρου τραγικοῦ θυγάτηρ ſubſtituendum μήτηρ eſſe. Floruit autem Ptolemaei Philadelphi aetate *Homerus* iſte, adeoque poſt Olymp. CXXV.

(48) Μῦα Θεσπιακή, Λυσική, μέλη πρὸς λύραν ἁρμόζουσα· Μῦα Σπαρτιάτις, ποιήτεια. Ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν.

(49) Παρατρέχομαι τὰς ἄλλας διὰ τὸ μῆκος τοῦ λόγου μήτε τὰς ποιητείας καταλέγων, Κόριννάν καὶ Τελέσιλλαν, Μυῖάν τε καὶ Σαπφώ.

(50) *Salmaſius* de modo uſurarum pag. 42. *Μοιρὼ Byzantia poëtria in ſcriptis etiam exemplaribus mendoſe nominatur* Μυρὼ, *ex recentiori graeca litteratura, qui litteram* ὖ ψιλὸν, *&* οι *diphthongum paſſim confundunt.*

CXXV. Unde colligo, omnino *Myronem* noſtram eſſe, cujus ſtatuam juxta *Tatianum* [num. *IX.*] fecit Cephiſſodotus. Vir doctus quidem putavit, diſtinguendam eſſe hanc *Tatiani Myronem* à noſtra, hoc ipſo argumento, quod illam Cephiſſodotus finxiſſet, quem conſtat ex *Plinio* floruiſſe Olymp. CII. At meminiſſe debebat, duos extitiſſe Cephiſſodotos juxta eundem *Plinium* Hiſt. natural. XXXIV. 19. quorum poſterior Olymp. *CXX* floruit, & cujus ætati præclare convenit cum ſuppeditatis temporum *Myronis* argumentis. Recte vero eidem Viro doctiſſimo notatum, non poſſe eandem cum noſtra eſſe, cujus in *Erinnae* epigrammate ſupra allegato [num. VIII.] mentio eſt, id enim temporum non fert ratio, nam de fide quidem Epigrammatis *Erinnae* non erat dubium movendum; neque ſane *Erinnae* epigramma Poëtriam fuiſſe eam, de qua loquitur, innuit, neque alias illud nomen infrequens, cum *Myrus* Rhodiæ quoque Philoſophiæ ſtudiis deditæ, *Suidas* meminerit. Ad noſtram ut redeamus, ea Andròmachi Philologi fuit conjux, atque inter ὑμνογράφυς mulieres refertur ab *Antipatro* Anthologiæ lib. I. cap. 67. epigr. 8. Præter ὕμνυς vero vel μέλη ἐπῶν quoque & epigrammatum eam Poëtriam extitiſſe, *Suidae* eſt proditum. In hymnis ejus eſt ille, quem in Neptunum eam ſcripſiſſe ait *Euſtathius* [num. V.] Ἔπυς quoque memoria ſupereſt, quod μνημοσύνην inſcripſit, & cujus inſigne fragmentum apud *Athenaeum* [vid. num. II.] habemus, ex quo illud *Fulvius Urſinus* Femin. illuſtr. Poëmat. pag. 42. repræſentavit, emendatius in quibusdam dare potuiſſet ex *Euſtathio* [num. *XI.*] qui ibidem partem ejus ſervavit. Eodem carminis genere ſcriptas fuiſſe ejus ἀρὰς, ſive diras, ex quibus Alcinoës fabulam repræſentavit *Parthenius*, [num. *VIII.*] ut non immerito Clariſſimus *Fabricius* l. c. ſuſpicatur. Epigramma ejus unicum ex *Anthologia* [vid. num. *III.*] *Fulvius Urſinus* repræſentavit. Addimus hic alterum ineditum ex Collectione *Agathii* ex Holſtenianis ſchedis deſcripta [vid. num. X.] Antequam finem faciam, loci *Pauſaniae* &c. [vid. ſupra pag. 36. not. 3.]

L.

MYRTIS Anthedonia inter Lyricas praeſtantes allegatur *Antipatro* in *Anthologia* lib. *I.* cap. 67. ep. 8. De aetate ejus conſtat ex eo, quod ſupra in *Corin-*

na

na ex *Suida* [vid. num. II.] retulimus, ab ea *Corinnam* inſtitutam fuiſſe, adde, quod *Pindarus* quoque ex ſchola ejus prodiiſſe, eidem *Suidae* in Πίνδαρος [num. III.] dicatur. Cui rei non bene convenit cum eo, quod, cum de *Corinna* ageremus, obſervavimus, reprehenſam ſcilicet à *Corinna Myrtidem* fuiſſe, quod, femina quae eſſet, cum *Pindaro* in certamen auderet deſcendere. *Myrtidem* noſtram Ποιήτριαν μελῶν laudat *Plutarchus*, [num. I.] atque ex ea de Eunoſti Herois loco quaedam profert. Statuam ejus Boiſcum finxiſſe dicit *Tatianus.* [num. IV.]

LI.

De MYSTIDE alibi me legiſſe non memini, niſi apud *Tatianum* in Orat. ad Graecos ſegm. 52. pag. 114. ed. *Worthi*, à quo inter celebres Poëtrias ea refertur, ſtatuaque honorata eſſe dicitur, eamque quidem *Ariſtodotus* finxiſſe perhibetur; ut non videam, cur meretriculam eam dicat Vir doctus *Franc. Junius* in ſuo Statuariorum & Pictorum veterum catalogo.

LII.

NICOSTRATA in Sibyllis cenſetur, eamque cum *Carmenta* eandem faciunt, de qua in Poëtriarum Latinarum hiſtoria dicere malim. Nam illius dicitur carminis auctor, quamvis Arcas femina Graecarum cenſu non ſit excludenda. Eam cum *Themide* eandem facere *Plutarchum* in Quaeſtion. Rom. T. II. Opp. pag. 278. B. notum eſt, & tum quoque pluribus dicetur.

LIII.

NOSSIS Locrenſis fuit, quod antea non obſervatum, ex epigrammatibus quibusdam ejus, nunquam prius editis probavit *Rich. Bentlejus.* [vid num. III --- VI.] *Rhinthonis* Tarentini vel Syracuſani aequalem fuiſſe, patet ex epigrammate, quod ex *Anthologiae* lib. *III.* edidit *Fulvius Urſinus*, [vid. num. *I.*] quod unicum ille λείψανον ejus reperire potuit. Aliud *Holſtenius* & *Berkelius* in notis ad *Stephanum* (num. *III.*) attulerant, idque emendatum magis dedit paulo ante laudatus *Bentlejus*, qui & tria alia inedita ejuſdem feminae epigrammata in lucem primus protulit, quartum in Samythae reticulum, Veneri dedicatum, *Suidæ* in Δαιδάλειον & Σαμύθας allegatum, edidit Cl. *Kuſterus* ad eum Aucto-

rem. (vid. num. *VII.*) Quae omnia & nos deprehendimus in aliquoties laudata & à Nobiliſſimo *Goetzio* noſtro nobiscum communicata *Agathii* collectione. In qua praeterea & quinque alia invenimus. (vid. num. *VIII---XII.*) (51)

LIV.

NYSIS *Gyraldo* de Poëtriarum hiſtoria dial. *III.* T. *II.* Opp. pag. 170. C. quidem commemoratur, & ex eo *Tiraquello* in Leg. Connub. XI. pag. 190. a. (52) id tamen fateor nominis nullibi apud antiquos ſe mihi obtuliſſe. Suſpicio mihi eſt, ex corrupto *Noſſidos* nomine *Nyſidem* hancce Poëtriam natam eſſe, ſed ea de re judicium eſto naſutiorum. (53)

LV.

(51) Ad hæc accedit etiam (num. II.) ejus epigramma, quod in Anthologia ἄδηλον inſcribitur. Celeb. *Bentlejus* ex num. IV. probat, *Theuphilida*, filiam *Cleochæ*, fuiſſe matrem *Noſſidis*, & ex num. VI. conjicit, *Melinnam* forſan pro *Noſſidis* filia habendam eſſe.

(52) *Laur. Craſſus* in Iſtoria di Poëti Greci pag. 364. *Che Niſi compoſti haveſſe Epigrammi, trovaſi nell' antiche Raunanze, e nel Giraldi con queſta menzione del di lei Nome: Erat & in Poëtriarum agmine Nyſis, Agacle & Theoſebia, cujus adhuc in Medicos quædam exſtant epigrammata.*

(53) *Tiraquellus* in legem XI. connubial, gloſſæ I. Part. XI. Tom. II. Opp. pag. 190. a. OLYMPIAS *Thebana, de qua diximus in Tractatu de Nobilitate cap.* 31. *num.* 341. *Hujus aut alterius ejusdem nominis verſus citantur à Stobæo Serm.* 9. *Citatur & epiſtola à Polluce lib. IV. cap.* 9. *& libellus de condemnatorum auferendis muneribus lib. X. cap. I.* Unus tantum *Olympiadis* verſus exſtat apud *Stobæum* Serm. XI. de veritate pag. 136, 6.

Ἀλάθεια θεῶν ὁμόπολις, μόνη θεοῖς συνδιαιτωμένη.

Veritas cœli civis, quæ ſola fruitur convictu Deorum.

cujus auctor vocatur Ὀλυμπιὰς in collectione Gnomicorum, quæ cum *Callimachi* hymnis græce prodiit Baſil. 1532. 4. *Olympiades* autem in *Stobæi* florilegio Grotiano pag. 76. Verba *Pollucis* lib. VII. cap. 9. ſegm. 28. ſunt: Ἐριουργεῖον ὁ ἱςὼν ἐν Ὀλυμπιάδος ἐπιςολῇ· & lib. X. cap. I. ſegm. 12. ὡς ἐςὶν ἔν τινι βιβλίῳ, ὅτι ἐν Ὀλυμπιάδος ἀπογραφῇ, τῇ κατ᾽ ὄνομα περὶ τῶν φαμένων ἀφῃρεῖσθαι τὰς δόσεις οὕτως ἐγγέγραπται.

PANTÆNIS Poëtria latina, quam *Tiraquellus* l. c. pag. 190. b. *Parthenium* vocat, laudatur in *Martialis* lib. VII. epigr. 69. v. 7.

Non tua Pantænis nimium ſe præferat illi,
Quamvis Pierio ſit bene nota choro.

(54) PERIALLA vates in feminis doctis numeratur à *Tiraquello* l. c. de qua *Herodotus* in Erat. lib. VI. cap. 66. Τέλος δὲ, ἐόντων περὶ αὐτέων νεικέων, ἔδοξε Σπαρτιήτῃσι ἐπείρεσθαι τὸ χρηςήριον τὸ ἐν Δελφοῖσι, εἰ Ἀρίςωνος εἴη παῖς ὁ Δημάρητος· ἀνωΐςου δὲ γενομένου ἐκ προνοίης τοῦ Κλεομένεος ἐς τὴν Πυθίην, ἐνταῦθα προσποιέεται Κλεομένης Κόβωνα τὸν Ἀριςοφάντου, ἄνδρα ἐν Δελφοῖσι δυναςεύοντα μέγιςον· ὁ δὲ Κόβων Περίαλλαν τὴν πρόμαντιν ἀναπείθει, τὰ Κλεομένης ἐβούλετο λέγεσθαι, λέγειν. Οὕτω δὴ ἡ Πυθίη, ἐπει-

LV.

PELEAE, ſ. *Peleades* Dodoneae ſunt columbae, de quibus nihil nunc addendum iis, quae ſupra jam de illis nobis obſervata fuerunt. (54)

LVI.

PHAENNIS ex Chaonibus orta, Principis ejus gentis filia, iis temporibus extitit, quibus regnum Antiochus capto Demetrio occupavit, juxta *Pauſaniam* in Phocic. lib. X. cap. 12. pag. 828. hoc eſt annis fere ante C. N. CLXXIV. Vaticinia ejus ſua aetate adhuc obvia eſſe, diſerte idem teſtatur, quorum tamen quidquam hodie ſuperſtes eſſe non putem. (55) Sunt qui Dodonae eam oracula

ἐπηρωτώντων τῶν θεοπρόπων, ἔκεινε μὴ Ἀρίστωνα εἶναι Δημάρητον παῖδα· ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ ἀνάπυστα ἐγίνετο ταῦτα, καὶ Κόβων τε ἔφυγε ἐκ Δελφῶν, καὶ Περίαλλα ἡ πρόμαντις ἐπαύθη τῆς τιμῆς.

(55) Pauſaniæ verba ſunt: Φαεννὶς θυγάτηρ βασιλεύσαντος ἀνδρὸς ἐν Χάοσι, καὶ αἱ Πέλαιαι παρὰ Δωδωναίοις, ἐμαντεύσαντο μὲν ἐκ Θεοῦ καὶ αὗται· Σίβυλλαι δὲ ὑπὸ ἀνθρώπων οὐκ ἐκλήθησαν. τὰ μὲν δὴ πυθέσθαι τὴν ἡλικίαν καὶ ἐπιλέξασθαι ῥᾴδιον τοὺς χρησμούς· Ἀντιόχου γὰρ μετὰ τὸ ἁλῶναι Δημήτριον αὐτίκα ἐς τὴν ἀρχὴν καθισταμένου γέγονε Φαεννίς. Idem l. c. cap. 15. pag. 833. oraculum Phaennidis profert: Στρατιὰν τὴν Κελτῶν ὡς ἐκ τῆς Εὐρώπης διαβήσοιτο ἐς τὴν Ἀσίαν ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν πόλεων, Φαεννὶς προεδήλωσεν ἐν τοῖς Χρησμοῖς γενεᾷ πρότερον, ἢ ἐπεράχθη τὸ ἔργον·

Δὴ τότ' ἀμειψάμενος στεινὸν πόρον Ἑλλησπόντου
Αὐλήσει Γαλατῶν ὀλοὸς στρατός, οἵ ῥ' ἀθεμίστως
Ἀσίδα πορθήσουσι· θεὸς δ' ἔτι χύντερα θήσει
Πάγχυ μάλ', οἳ ναίουσι παρ' ἠϊόνεσσι θαλάσσης·
Εἰς ὀλίγον· τάχα γάρ σφιν ἀοσσητῆρα Κρονίων
Ὁρμήσει, ταύροιο διοτρεφέος φίλον υἱόν,
Ὃς πᾶσιν Γαλάτῃσιν ὀλέθριον ἦμαρ ἐφήσει.

Exſtat etiam illud in calce Oraculorum Sibyllinorum *Jo. Obſopœi* & *Servatii Gallæi*. *Phaennis* creditur multis eadem eſſe ac PHAENNO Epirotica, quæ vates perantiqua fuiſſe fertur & Sibyllæ æqualis, atque Homero ipſi à nonnullis præponitur. De hac *Jo. Tzetzes* Chil. VII. hiſt. 143. v. 550.

Ἡ Ἠπειρῶτις Φαεννὼ, καὶ Σίβυλλα ὁμοίως·
Ἡ Φαεννὼ πρὸ χρόνου μὲν ἐνιαυτῶν τοσούτων
Τὰ πρὶν, ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν, εἴπουσα πεπραγμένα·
Πῶς τὸν Ῥωμαίων ἄνακτα ἡττήσουσιν οἱ Πέρσαι,
Τραχήλῳ τε πατήσουσιν, ὡς δεδουλωκότες·
Καὶ σφὲς λαὸς καὶ πρόγονος πῶς τοῦτον κράτους ῥίψει,
Καὶ πῶς Πέρσαι κατάξωσι πᾶσαν τὴν Βιθυνίαν,
Καὶ Σκύθαι πῶς συῤῥάξουσι μάχην Ῥωμαίων γένει.
Κατ' ἔπος λέγουσα ταυτὶ σέμνατι διῃρημένῳ·
Ὦ βασιλεῦ Θρηκῶν, λείψεις πόλιν ἐν προβάτοισιν,
Αὐξήσεις δὲ λέοντα μέγαν γαμψώνυχα δεινὸν,

cula fudiſſe dicant, vid. *Gallaeus* de Sibyllis pag. 184. nulla, ut puto, veterum auctoritate, niſi quod *Pauſaniae* locum tumultuarie inſpectum eo referri potuiſſe videantur. Mirum item Viros doctos eam in Sibyllis cenſuiſſe, ut idem *Gallaeus* teſtatur, ſollicitos, an *Phrygiam*, an *Epiroticam*, an *Erythraeam* dicere debeant, cum diſerte *Pauſanias* teſtetur, fatidicam quidem illam, Sibyllam tamen nunquam appellatam fuiſſe.

LVII.

PHAELLO *Zoſimo* lib. II. pag. 112. ed. Oxon. (56) memoratur, eamque ipſam eſſe Phaënnida viſum nonnullis, vid *Gallæum* de Sibyllis pag. 184. Difficile

Ὅς ποτε κινήσει πατείας κειμήλια χώρας,
Γαῖαν δ' αἱρήσει μόχθων ἄτερ· οὐδέ σε φημὶ,
Σκηπτούχοις τιμαῖσιν ἐπαγάλλεσθαι μάλα δηρὸν,
Ἐκ δὲ θρόνων πεσέειν δῖοι κύνες ἀμφὶς ἔχουσιν.
Ταῦτα βραχέα Φαεννοῦς· ἡ Σίβυλλα δὲ εἶπε,
Κἂν μέχει τὴν ἀπόβασιν λάβωσιν, οὐ νοῶνται,
Περὶ τῆς Κύπρου τε αὐτῆς καὶ τῆς Ἀντιοχείας·
Καὶ πᾶς νῦν ὁ Λεβύνιος ἐλεύσεται εἰς Κύπρον,
Περὶ τῆς Κύπρου οὕτω μὲν καὶ τῆς Ἀντιοχείας·
Αἲ αἶ Κύπρε τάλαινα, σὲ δὲ μέγα κῦμα καλύψει
Δύερσι δ' ἐντεοῖς Ἀντιόχεια τάλαιν' ὄλλυσαι·
Ταῦτα περὶ τῆς Κύπρου τε καὶ τῆς Ἀντιοχείας·
Περὶ δὲ τῆς τοῦ Κίλικος ἐλεύσεως εἰς Κύπρον
Ἡ σοφωτάτη γυναικῶν οὕτω κατ' ἔπος λέγει·
Ἔσσεται ἐσσομένοις, ὅτε Πύραμος εὐρυοδίνης
Ἠϊόνα προχέων, ἱερὴν ἐς Κύπρον ἵκηται·

& Chil. IX. hiſt. 288. v. 814.

Τινὲς μὲν τοῦτον λέγουσι χρησμὸν εἶναι Σιβύλλης·
Οἱ δὲ τῆς Ἠπειρώτιδος τῆς Φαεννοῦς ἐκείνης·
Ἄλλος δὲ ἦν ὁ τοῦ Βάκιδος, οὗτος δὲ περὶ Βυζαντίου·
Ἐγὼ τῶν δύο δὲ χρησμῶν μέρη τινὰ συνάψας,
Παλινδρομεῖ τῷ μαθητῇ, τῇ Βυζαντίδι λέγω.
Ὅτι δὲ δύο οἱ χρησμοὶ, τὸν Βάκιδος προεῖπον,
Τοῖς ἀττικοῖς καὶ ἕλλησι τότε προθεσπισθῆναι·
Οὗτος ὁ τῆς Σιβύλλης δὲ χρησμὸς, ἢ Φαεννοῦς δὲ,
Πλέον δοκεῖ Σιβύλλης δὲ ἕνεκα Βυζαντίου,
Καὶ περὶ Διογένους δὲ ἐφοίβασε, καὶ Τέρκων·
Καὶ τὰ λοιπὰ ἐάσωμεν, λέξωμεν δὲ βραχέα·
Δὴ τότε Βιθυνῶν γαῖαν λύκοι οἰκήσουσι·

Ζηνὸς

ficile judicium de ſemina, cujus nihil praeter ſolum nomen ſuperſtes habemus.

LVIII.

PHANOTHEA, Icarii uxor, juxta quosdam Hexametri verſus auctor, inter Poëtrias propterea minime prætereunda. Videndus eam in rem *Clemens Alexandrinus* Strom lib. I. cap. 16. pag. 309. (57)

LXIX.

PHEMONOEN Delphicam ſeminam, cum Apollinis filiam vocat *Plinius* Hiſt. Nat. lib. X. cap. 3. id proprio ſenſu accipiendum haud putem, ſed eo, quo

Ζηνὸς ἐπὶ φροσύνῃσι, κακὸν δ' ἐπιβήσεται ἄνδρας,
Ἄνδρας οἳ Βύζαντος ἕδος καταναιετάουσιν.

Meminit etiam illius idem *Tzetzes* Chil. X. hiſt. 302. v. 13. eamque Homero, Orpheo atque Sibyllæ adjungit. Alteri Gratiarum *Alcmanis* verſibus celebratarum, quas colebant Lacedaemonii, nomen fuiſſe *Phaennae*,, alteri *Cletæ*, ſive *Clitæ*, teſtatur Pauſanias in Lacon. lib. III. cap. 18. pag. 254. & in Boeotic. lib. IX. cap. 35. pag. 780.

(56) Ἐνέτυχον μόλις χρησμῷ τινὶ Σιβύλλης εἶναι λεγομένῳ τῆς Ἐρυθραίας ἢ Φαέλλους τῆς Ἠπειρώτιδος, (καὶ αὐτὴ γὰρ γενομένη κάτοχος, ἐκδεδωκέναι Χρησμοὺς λέγεται, ᾧ πεποιθότα Νικομήδην τὸν Προυσίου, καὶ πρὸς τὸ δοκοῦν λυσιτελεῖν ἑρμηνεύοντα, πόλεμον ἄρασθαι πρὸς τὸν πατέρα Προυσίαν, Ἀττάλῳ πειθόμενον) ἔχει δὲ τὸ λόγιον οὕτως· Ὦ βασιλεῦ Θρακῶν κ. τ. λ. Hos verſus adſcribit *Tzetzes* (not. 55) *Phaennoni*, atque adeo hanc atque *Phaellonem* unam eandemque eſſe liquet.

(57) Φασὶ τὸ ἡρῷον τὸ ἑξάμετρον Φανοθέαν, τὴν γυναῖκα Ἰκαρίου, οἱ δὲ Θέμιν μίαν τῶν Τιτανίδων εὑρεῖν. Conf. de primo inventore carminis hexametri Celeb. *Fabricii* Biblioth. Græc. lib. I. cap. 24. §. 4. pag. 150. ſq. Ex hujus Operis aurei lib. I. cap. 25. §. 1. pag. 152. deſcribenda hic eſt PHANTASIA Memphitis, de qua narrat *Photius* Cod. CXC. è libro V. *Ptolemæi Hephæſtionis* pag. 251, 8. Ὅτι Φαντασία τὶς Μεμφῖτις Νικάρχου θυγάτηρ συνέταξε πρὸ Ὁμήρου τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον, καὶ τὴν περὶ Ὀδυσσείας διήγησιν· καὶ ἀποκεῖσθαι φασὶ τὰς βίβλους ἐν Μεμφίδι· Ὅμηρον δὲ παραγενόμενον καὶ τὰ ἀντίγραφα λαβόντα παρὰ φανίτου τοῦ ἱερογραμματέως, συντάξαι ἐκείνοις ἀκολούθως. & *Euſtathius* procemio in Odyſſeam pag. 4. 21. ed. Baſ. Φασὶ Ναυκράτην τινὰ ἱστορῆσαι, ὡς ἄρα Φαντασία γυνὴ Μεμφῖτις, σοφίας ὑποφῆτις, Νικάρχου θυγάτηρ, συντάξασα τόντ' ἐν Ἰλιάδι πόλεμον, καὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην, ἀπέθετο τὰς βίβλους εἰς τὸ κατὰ Μέμφιν τοῦ Ἡφαίστου ἄδυτον· ἔνθα τὸν ποιητὴν ἐλθόντα, λαβεῖν παρά τινος τῶν ἱερογραμματέων ἀντίγραφα, κἀκεῖθεν συντάξαι τὴν Ἰλιάδα καὶ τὴν Ὀδύσσειαν. Ceterum non intercedam, ſi quis cum *Lipſio* ſyntagm. de Biblioth. cap. I. & *Theodoro Ryckquio* pag. 431. de primis Italiae Colonis, totam hanc narrationem de *Homero*, à *Phantaſia Memphitide* poemata ſuà mutuante, habuerit pro commento ſive *Ptolomæi Chenni* ſabuloſi ſcriptoris, ſive alius Poetæ cujuſdam vel Grammatici, qui *Homerum* Ægypti in eſſe ratus eſt, quam multorum ſententiam fuiſſe, patet ex *Allatio* cap. 4. de patria Homeri. Sane *Phantaſia* non magis videtur fuiſſe ſemina aliqua vel poëtria, quam *Eumelia*, *Hiſtoria*, *Poëſis*, *Fabula*, *Natura*, aliæque ejusmodi, quæ muliebri habitu Homero inter Deos relato laurum imponere, accinere & ſacra facere finguntur in veteri monumento elegantiſſimo, Imp. Claudii, ut videtur, *Homerum* unice admirantis, juſſu, vel certe in

ejus

quo Aſclepiadas Medicos & Muſarum filios homines eruditos vocamus. *Iſ. Tzetzes* Neſſi filiam dicit, ut obſervatum *Tiraquello* in leg. XI. Connub. gloſſ. 1. Part. XI. Tom. *II.* Opp. pag. 190. b. Delphis eam vitam egiſſe diſerte traditum *Clementi Alexandr.* Strom. lib. I. cap. 21. pag. 334. Primam Dei Delphici πρόμαντιν faciunt *Strabo* Geogr. lib. *IX.* pag. 419. *(58)* & *Pauſanias* in Phocic. lib. X. cap. 5. pag. 809 *(59)*. qui & primam hexametro carmine ceciniſſe ait, qua parte conſentientes habet *Euſebium* in Chronicorum lib. poſter. ad An. DCL. pag. 83. *(60)* & *Proclum* in Chreſtomathia apud *Photium* Cod. *CCXXXIX.* pag. 521, 18. (61) Neque omittunt primum, quem effudiſſe dicatur, verſum:

Συμφέρετε πτερὰ τ᾽ οἰωνοὶ, κηρόν τε μέλισσαι·

Huc

ejus gratiam in agro Ferentino olim dedicato, atque hodie Romae Columnenſis Palatii illuſtri ornamento. Hoc poſt *Kircherum* in Latio pag. 83. ſq. expoſuerunt Viri doctiſſimi, *Addiſſonius* in Remarks on ſeveral Parts of Italy pag. 343. *Ezech. Spanhemius* diſſ. V. de uſu & praeſtantia Numiſmatum, *Jo. Rudolph. Wetſtenius* in diſſ. de fato ſcriptorum Homeri pag. 153. *Giſb. Cuperus* in luculento Commentario Ἀποθέωσις Homeri inſcripto, Amſtelod. 1683. 4. qui præterea *Nic. Heinſi* pag. 30. & pag. 35. *Ezech. Spanhemii*, pag. 193. ſq. & *Raph. Fabretti* obſervationes cum *Cupero* communicatas pag. 195. ſqq. exhibet *Raph. Fabrettus* ad calcem expoſitionis columnæ Trajanae pag. 346. ſq. *Laur. Begerus* in bello & excidio Trojano ex Antiquitatum reliquiis delineato & illuſtrato, *Jac. Gronovius* Tom. II. Theſauri Antiqq. Graec. tab. XXI. *Anna Daceria* ad gallicam verſionem Iliadis, *Jo. Car. Schottus*, qui à ceterorum ſententia diſcedit, in Explicatione nova Apotheoſεως Homeri gallice edita Amſtel. 1714. 4 & *M. Morellus de Mautour* in diſſertatione, quae legitur in Continuation des memoires de litterature & d'hiſtoire, Paris 1729. 12.

(58) Πρώτην δὲ Φημονόην φασὶ γενέσθαι Πυθίαν· κεκλῆσθαι δὲ καὶ τὴν προφῆτιν οὕτω, καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι· & *Nicephorus Gregoras* in Scholiis in *Syneſium*, pag. 419. B. ed. Petav. Ἡ Φημονόη προφῆτις ἦν τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐξαμέτροις χρωμένη χρησμοῖς.

(59) Μεγίστη καὶ παρὰ πλείστων ἐς Φημονόην δόξα ἐστὶν, ὡς πρόμαντις γένοιτο ἡ Φημονόη τοῦ Θεοῦ πρώτη, καὶ πρώτη τὸ ἑξάμετρον ᾖσε.

(60) Apud Pythium vates prima Phemonoe hexametris verſibus futura ceciniſſe narratur.

(61) Ὅτι τὸ ἔπος πρῶτον μὲν ἐφεῦρε Φημονόη ἡ Ἀπόλλωνος προφῆτις, ἑξαμέτροις χρησμοῖς χρησαμένη· καὶ ἐπειδὴ τοῖς χρησμοῖς τὰ πράγματα εἵπετο καὶ σύμφωνα ἦν, ἔπος τὸ ἐκ τῶν μέτρων κληθῆναι· quæ etiam leguntur in *Etymologico M.* in ἔλεγος. *Scholiaſtes Euripidis* ad Oreſt. v. 1094. Ὕαμος ὁ Λυκώρου μετὰ τὸν κατακλυσμὸν βασιλεύων τῶν περὶ τὸν Πάρνασσον, Ὕαν πόλιν ἔκτισε, καὶ γήμας Μελάνθειαν τὴν Δευκαλίωνος, ἐποίησε Μελανίδα· ἐκ δὲ Μελανίδος, Δελφός· ὃς τὴν ἀρχὴν τοῦ Μητροπάτορος παραλαβὼν ἔγημε Κασταλίαν, ἀφ᾽ ἧς ἡ κρήνη τ᾽ οὔνομα ἔχει· καὶ ἔσχε Καστάλιον καὶ Φημονόην, ἣν φασὶ πρῶτον ἑξαμέτρῳ χρῆσαι· πόλιν δὲ κτίσας Δελφὸς, Δελφίδα ὠνόμασε. *Euſtathius* iu proleg. ad Iliadem pag. 3, 17.

ἂν

Huc date apes ceram, pennas huc ferte volucres.

qui ſpectat ad exſtructionem ædis Apollinis Delphicæ, atque ex *Pauſania* in Phocic. lib. X. cap. 5. pag. 810. venit illuſtrandus. (62) De carminis tamen heroici inventione ei tribuenda non omnes conſentiunt, ad vetuſtiores feminas Phanotheam Themimve refert *Clemens Alexandr.* Strom. lib. *I.* cap. 16. pag. 309. (vid. not. 57.) *Phemonoen* noſtram ſub Abante, Argivorum Rege, floruiſſe ait *Euſebius* in Chronicorum lib. poſt. l. c. ſub Acriſio alii apud *Clementem Alexandr.* Strom. lib. *I.* cap. 21. pag. 323. (63) qui XXVIII. poſt eam annis *Orpheum Muſæum*que & *Linum* dicit extitiſſe. Somniorum interpretatione eam inclaruiſſe in libro de inſomniis pag. 154. B. (64) *Syneſius* memorat. Virginem & Sibyllam *Servius* ad Æneid. *III.* v. 445. (65) facere videtur. Ex oraculis

ὧν (ἑξαμέτρων) κατάρξαι λέγεταί τις Φημονόη γυνὴ προφῆτις Ἀπόλλωνος ἐφευροῦσα φασὶν αὐτὴ πρώτη τὸ ἔπος. *Georgius Syncellus* Chronograph. pag. 161. Πυθοῖ Φημονόη Χρησμῳδὸς πρώτη δι' ἑξαμέτρων ἱστορεῖται προθεσπίσαι. *Nonnus* in collectione & expoſit. profanarum hiſtoriarum, quarum *Gregorius Naz.* meminit in Invect. I. adv. Julianum Apoſt. num. 61. p. 514. Tomi II. Opp. Gregorii Naz. *Mulier quædam Bylla nomine, velut alii tradunt, Philyra à juvene quodam contuſſa in eum petulantius rapta eſt, ipſumque contumelioſis verbis inſectata eſt. Erat porro hæc contumelia carmen modulatum ac numeroſum; qui verborum concentus cum circumſtantibus arriſiſſet, carminis menſuram acceperunt, atque ita poëſin in artem redegerunt.* Verba *Gregorii Naz.* Tom. I. Opp pag. 100. ed. Pariſ. ſunt: σὰ τὰ ποιήματα; τί δὲ οὐ τῆς γραὸς μᾶλλον ἐκείνης, ἣ τὸν ὦμον σεισθεῖσα παρά τινος συντόνως ἀντιπαριόντος, ὡς λόγος· εἶτ' ἐνυβρίζουσα τῷ σφοδρῷ τῆς ὁρμῆς, ἔπος ἐφθέγξατο, καὶ τοῦτ' ἀρέσαν τῷ νεανίᾳ λίαν, καὶ φιλοπονώτερον μετρηθὲν, τὴν θαυμασίαν σοι ταύτην ἐδημιούργησε ποίησιν. *Suidas* in Παλαίφατος· Ἀθήνησιν ἐποποιὸς, υἱὸς Ἀκταίου καὶ Βιοῦς· οἱ δὲ Ἰοκλέους φασὶ, καὶ Μεταναίρας· οἱ δὲ Ἑρμοῦ· γέγονε τε κατὰ μέν τινας μετὰ Φημονόην, κατὰ δὲ ἄλλους καὶ πρὸ αὐτῆς.

(62) Hic verſus exſtat apud *Plutarchum* in libro cur Pythia deſierit oracula verſibus reddere Tom. II. Opp. pag. 402 D. & apud *Philoſtratum* de vita Apollonii lib. VI. cap. 11. pag. 147. ed. Lipſ. qui tamen non addunt, illum à *Phemonoe* prolatum eſſe, quod aliis poſtea viſum eſt veriſimillimum.

(63) Κἂν τις ἡμῖν λέγῃ, Φημονόην πρώτην χρησμῳδῆσαι Ἀκρισίῳ· ἀλλ' ἴσωγε, ὅτι μετὰ Φημονόην ἔτεσιν ὕστερον εἰκοσιεπτὰ οἱ περὶ Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον, καὶ Λῖνον, τὸν Ἡρακλέους διδάσκαλον. Hæc ex *Clemente Alex.* profert etiam *Euſebius* Præpar. Evang. lib. X. cap. 12.

(64) Εἴτ' οὖν Φημονόη τὶς, εἴτε τῷ Μελάμπους, εἴτε ἕτερός τις ἀξιώσει καθόλου τὶ περὶ τῶν τοιούτων ἀφορίζειν καὶ διατάττεσθαι.

(65) Quia ejus reſponſa verſibus ſcribebantur. Virgo vero *Phemonoe* dicta eſt; nam Sibylla appellativum eſt nomen; adeo ut *Varro* quot Sibyllæ fuerint, ſcripſerit.

oraculis ejus nullum præter verſum allegatum tresque alios, ſervatos *Pauſaniae* in Phocic. lib. X. cap. 6. pag. 812. (66) ad manus noſtras pervenit. Eidem ab *Antiſthene* in ſucceſſionibus tributum πολυθρύλλητον iſtud Græcorum γνῶθι σεαυτὸν, uti *Laërtio* lib. *I.* ſegm. 40. (67) notatum. In indice librorum non editorum à *Scipione Tettio* confecto apud Labbeum in nova Biblioth. libr. MSS. pag. 172. *Phemonoës* nomen quod præferat, extat ὀρνεοσόφιον, ex quo libro deſumta videntur *Jo. Harduino* in elencho Scriptorum à *Plinio* allegatorum ea, quæ ex Phemonoe *Plinio* lib. X. cap. 3. & cap. 8. (68) allegantur. Ex Latinis ejus mentionem *Lucanus* Pharſal. lib. V. v. 183. (69) fecit, & *Statius* lib. II. Sylv. carm. 2. v. 36. ſqq. (70) & *Porphyrion* Grammaticus in *Horatii* Art. Poët. v. 403. (71) de *Servio* enim jam ſupra dictum.

LX.

PHILAENIS Leucadia fuit, incertæ ætatis Poëtria. Patriam ejus ex *Xenophonte*

(66) Ἡ Φημονόη πρόμαντις τηνικαῦτα οὖσα ἐν ἑξαμέτρῳ (φασὶν) ἔχρησεν·

Ἀγχοῦ δὴ βαρὺν ἰὸν ἐπ' ἀνέει Φοῖβος ἐφήσει
Σίντη Παρνησσοῖο· φόνου δὲ Κρήσιοι ἄνδρες
Χεῖρας ἁγιστεύουσι, τὸ δὲ κλέος οὔ ποτ' ὀλεῖται.

Photius Cod. CXC. ex *Ptolemæi Hephæſtionis* lib. IV. Hiſtor. pag. 248, 35. Ὅτι τὸν ὑπὸ Φημονόης χρησμὸν μόνον Νεοπτόλεμον τὸν μακιώτην παρὰ Αἴθου τινὸς τῶν ἀδελφῶν ἀκοῦσαι φασί· περὶ τούτου δὲ τοῦ Αἴθου καὶ Ἡρόδοτός φησιν ἐν πρώτῃ ἱστοριῶν.

(67) *Stobæus* Serm. XXI. pag. 184, 56. Εἴτε Φημονόη ἐπὶ πάντα λυσιτελοῦν τὰ ἀνθρώπινα τοῦτ᾽ ἐθέσπισεν, δι' ἧς πρώτης ὁ Πύθιος λέγεται τὰς εἰς ἀνθρώπους διαδοῦναι χάριτας, εἴτε Φανοθέα ἡ Δελφοῦ, εἴτε καὶ Βίαντος, ἢ Θαλοῦ, ἢ Χίλωνος ἦν ἀνάθημα, ὁρμηθὲν ἀπό τινος θείας ἐπιπνοίας.

(68) Tertii generis aquilarum *morphnos*, quam *Homerus* & *percnon* vocat, aliqui & *plancum*, & *anatariam*, ſecunda magnitudine & vi; huicque vita circa lacus. *Phemonoë* Apollinis dicta filia, dentes ei eſſe prodidit, mutæ alias, carentique lingua; eandem aquilarum nigerrimam prominentiore cauda: & cap. 8. Accipitrum genera ſedecim invenimus. Ex iis ægithum claudum altero pede proſperrimi augurii nuptialibus negotiis & pecuariæ rei. Triorchem à numero teſtium, cui principatum in auguriis *Phemonoë* dedit.

(69) - - - - - - - - - - - - *ſic plena laborat*
Phemonoë *Phoebo.*

(70) *Et ſuperet Pimplea ſitim, largeque volantis*
Ungula ſedet equi, reſeretque arcana pudicos
Phemonoë *fontes, vel quos meus auſpice Phoebe*
Altius immerſa turbavit Pollius urna.

(71)

phonte lib. II. Ἀπομνημονευμάτων *Gyraldus* de Poëtriarum hiſt. dial. III. pag. 171. G. & *Voſſius* de Poëtis Græcis incertæ ætatis in *Philænis* obſervarunt. [72] Inviſum ejus plerisque eſt nomen, quod poëticam facultatem ſermonemque Deorum argumenti impuritate inquinaſſet. Scilicet & ipſa cenſetur in iis, qui ἐρωτικὰς κατακλίσεις verſu deſcripſere, Aſtyanaſſæ exemplo, unde & σχημάτων ejus apud *Clementem Alexandr.* Protreptico pag. 40. Opp. [73] mentio eſt. Hinc cum *Archeſtrato*, qui γαστρονομίαν ſcripſit, infamis voluptatis homine, jungitur paſſim à *Chryſippo* apud *Athenæum* lib. VIII. pag. 335. B. D. E. cum *Botrye* αἰσχρολόγῳ à *Polybio* in Collectaneis, ſ. Excerptis Peireſcianis à *Valeſio* editis pag. 53. cum *Aſtyanaſſa* & *Elephantide* à *Suida* in Ἀστυάνασσα [vid. ſupra not. 10.] Ea item & *Botrys* ad *Democharis* obſcœnitatem exaggerandam allegatur à *Timæo* apud *Suidam* in Δημοχάρης [74] Democharem utriusque obſcœne dicta factis longe ſuperare dicente. Σύγγραμμα ipſius in turpioribus cen-

(71) Per verſus hexametros reddidit reſponſa *Phoemonoë* Pyrrho Epirotae petenti:

Aio te Æacida Romanos vincere poſſe.

Atilius Fortunatianus in Arte pag. 2690. ed. *Putſch.* Heroicum Hexametrum Ennius longum vocat, Graeci Deliacum, (niſi legendum ſit *Delphicum*) quia hoc genere *Phemonoë*, Apollinis vates, vaticinata eſt.

(72) *Nic. Heinſius* etiam credidit in notis ad *Ovidii* Triſt. lib. II. v. 418. Samiae Nico, Leſbiae Calliſtratae & Leucadiae Philaenidis mentionem à *Xenophonte* fieri, ejusque eam in rem verba ab *Athenaeo* lib. V. pag. 220. F. citari. Sed Ill. *Spanhemius* Tom. II. diſſ. XIII. de praeſtantia & uſu Numiſm. p. 523. obſervat, ea nec apud *Xenophontem* legi, nec de iis id tradere ibi *Athenaeum*; ſed ea indicato apud *Xenophontem* loco, à *Socrate* meretrici *Theodorae* dari praecepta, qualia tamen amorum irritamenta (juxta *Athenaeum* nempe, non *Xenophontem*) adductis tribus illis feminis aut etiam Athenienſi Pythonico, licet impenſe ea excoluerint, haud fuerint cognita.

(73) Ἔτ' ἴσης ἐγγεγραμμένοι τὰ Φιλαινίδος σχήματα, ὡς τὰ Ἡρακλέους ἀθλήματα.

(74) Ἀδελφιδοῦς Δημοσθένους, ὅν φησι Τίμαιος, ἡταιρηκέναι μὲν τοῖς ἄνω μέρεσι τοῦ σώματος· οὐκ εἶναι δὲ ἄξιον τὸ ἱερὸν πῦρ φυσᾶν· ὑπερβεβηκέναι δὲ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὰ Βότρυος ὑπομνήματα καὶ Φιλαινίδος, καὶ τῶν ἄλλων ἀναισχυντογράφων. Πολύβιος δὲ λέγει πρὸς Τίμαιον, ταύτην δὲ τὴν λοιδορίαν καὶ τὰς ἐμφάσεις οὐχ οἷον ἄν τις διέθετο πεπαιδευμένος ἀνήρ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀπὸ τέγους ἄχρι τοῦ σώματος εἰργασμένων οὐδείς· οὐδ' ἵνα πιστὸς φανῇ κατὰ τὴν αἰσχρολογίαν καὶ τὴν ἄλλην ἀναισχυντίαν, καὶ προσκατέψευσαι τ' ἀνδρὸς, κωμικόν τινα μάρτυρα προσεπιστασάμενος ἀνώνυμον. Ἠξιώθη δὲ ὁ Δημοχάρης καὶ στρατηγίας παρ' Ἀθηναίοις, καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν, ὧν οὐδὲν αὐτῷ συνεξέδραμε τοιαύταις ἀτυχίαις παλαίοντι. Quæ ex *Polybio* deſcripſit *Suidas*.

cenſetur à *Luciano* in Pſeudologiſta Tom. II. Opp. pag. 445. (75) in quo præpoſteros tamen hoc eſt, mutuos maſculorum amores eam proſcribere, ait idem in Amoribus, Tom. I. Opp. pag. 894. (76) Sed repertus fuit, qui eam infamiam nomini *Philænidis* noſtræ abſtergere conaretur *Æſchrion*. Is enim Iambis quibusdam ἐπιταφίοις ipſam quidem fœdiſſimi ſcripti autorem eſſe negavit, *Polycratem* vero, Iambographum & Sophiſtam, illud per calumniam honeſtiſſimæ feminæ affinxiſſe docuit. Exſtant Iambi, quibus ejus famam tuetur, tam apud *Athenaeum* l. c. (77) quam in *Anthologia* lib. III. cap. 10. epigr. 4. Sicque adeo, ſi fides *Æſchrioni*, idem *Philænidi* evenit, quod noſtra ætate emendatiſſimis moribus & eruditione haud proletaria feminæ *Aloyſiae Sigaeae*, quam vel in J. V. vel in J. W. vel in C. Polycratem ſuum inveniſſe, puriſſima latinitate inquinatiſſima ſententiarum ſorde deformata, merito bonis omnibus dolendum.

PHYGO, vid. infra not.

LXI.

PHYTO in Poëtriis cenſenda etiam, & ea enim in Sibyllis fuit, *Samia* vulgo dicta Sibylla, & *Samonothe* à patria, ut veroſimile eſt, quæ nomina apud *Suidam*

(75) Ἤπου ἐκ τῶν Φιλαινίδος δέλτων, ἃς διὰ χειρὸς ἔχεις, σὺ μέντοι καὶ τοῦ σοῦ σόματος ἄξια.

(76) Πᾶσα δ' ἡμῶν ἡ γυναικωνῖτις ἔσω Φιλαινὶς, ἀνδρογύνους ἔρωτας ἀσχημονοῦσα.

(77) Χρύσιππον, ἄνδρες φίλοι, τὸν τῆς στοᾶς ἡγεμόνα κατὰ πολλὰ θαυμάζων ἔτι μᾶλλον ἐπαινῶ τὸν πολυθρύλλητον ἐπὶ τῇ ὀψολογίᾳ Ἀρχέστρατον ἀεί ποτε μετὰ Φιλαινίδος κατατάττοντα, εἰς ἣν ἀναφέρεται τὸ περὶ Ἀφροδισίων ἀκόλαστον σύγγραμμα, ὅπερ φησὶ ποιῆσαι Αἰσχρίων ὁ Σάμιος ἰαμβοποιὸς Πολυκράτη τὸν σοφιστὴν ἐπὶ διαβολῇ τῆς ἀνθρώπου σωφρονεστάτης γενομένης· ἔχει δ' οὕτως τὰ Ἰαμβεῖα·

Ἐγὼ Φιλαινὶς ἡ 'πίβωτος ἀνθρώποις
Ἐνταῦθα γήρᾳ τῷ μακρῷ κεκοίμημαι,
Μὴ μ' ὦ μάταιε ναῦτα τὴν ἄκραν κάμπτων,
Χλεύην τε ποιεῦ καὶ γέλωτα καὶ λάσθην (λέσχην *Anthol.*)
Οὐ γὰρ μὰ τὸν Ζεῦν (Ζῆν' *Anthol.*) οὐ μὰ τοὺς κάτω κούρους,
Οὐκ ἦν ἐς ἄνδρας μάχλος, οὐδὲ δημώδης·
Πολυκράτης δὲ τὴν γονὴν Ἀθηναῖος
Λόγων τι παιπάλημα καὶ κακὴ γλῶσσα
Ἔγραψεν, ὅσσ' (ὅσ' *Anthol.*) ἔγραψ' ἐγὼ γὰρ (ἔγραψεν· αὐτὴ δ' *Anth.*) οὐκ οἶδα.

Aliud *Philænidos* Epicedium auctore *Dioſcoride* ex *Anthologia* inedita vulgavit Ill. *Spanhemius* diſſ. XIII. de præ-

dam in Σίβυλλαι occurrunt. *Phytus* nomen *Clemens* etiam habet *Alexandrinus* Stromat. I. cap. 21. pag. 333. idque ex *Eratoſthene* refert *Suidas* in Σίβυλλαι. Ea forte cum *Artemi* Sibylla eadem, de qua dictum ſupra ex inſtituto.

LXII.

PRAXIGORIS Poëtria *Tatiano* in Orat. ad Graecos §. 52. pag. 114. memoratur, ejusque ſtatuam *Gomphus* dicitur elaboraſſe. Alibi ejus mentionem fieri vix videas. Eam quoque meretriculam facit, ubi de *Gompho* agit, *Franc. Junius*, at non in meretricum ſed Poëtriarum cenſu à *Tatiano* refertur.

LXIII.

PRAXILLA Sicyonia fuit, quam vitioſe *Praxellen* appellavit *Apoſtolii* interpres. [num. VII.] *Baſilicam* appellatam recentioribus Græcis affirmatum *Tanaq. Fabro* de Poëtis Gr. pag. 94. ſed qua auctoritate neſcio. Olympiade LXXXII. floruiſſe, *Euſebio* in Chronic. lib. poſt. pag. 132. dicitur. Cui rei non obſtat, quod Sappho *Praxilleis* metris uſa dicitur *Ptolomaeo Hephaeſtioni* [num. XII.] Ut bene enim obſervatum Clar. *Fabricio* Biblioth. Gr. lib. II. cap. 15. §. 53. pag. 588. Praxillea metra dici potuerunt, quibus poſt *Sapphonem* frequentius *Praxilla* uteretur. Μελοποιὸν vocat *Zenobius*, [vid. num. VII.] pro quo male eſt in

præſtantia & uſu numiſm. T. II. pag. 523. quod emendavit *Guilh. Fleetwood* in Inſcriptionum antiq. Sylloge pag. 338.

Τῆς Σαμίης τὸ μνῆμα Φιλαινίδος, ἀλλὰ προσειπεῖν
  Τλῆθί με καὶ στήλης πλησίον ἄνερ ἴθι
Ὀυκ εἰμ' ἡ τὰ γυναιξὶν ἀναγράψασα προσάντη
  Ἔργα, καὶ αἰσχύνην ὀ νομίσασα θεόν·
Ἀλλὰ φιλαιδήμων ναὶ ἐμὸν τάφον· εἰ δέ τις ἡμᾶς
  Αἰσχύνων λαμυρὸν ἔπλασεν ἱστορίην·
Τοῦ μὲν ἀνατύσῃ (ἀναπλύξῃ *Stob.*) χρόνος ὄνομα, τἀμὰ δὲ λυγρὰ
  Ὀστέα τερφθείη κλῆδον ἀπωσάμενος.

In primo verſu notandum eſſe monet Ill. *Spanhemius*, quod *Samia*, ſeu Samo inſula orta, dicatur eadem *Philænis*; quum ea, quæ tot obſcœnis figuris à ſe deſcriptis inclaruit, *Leucadia* ab *Athenæo* lib. V. pag. 220. F. ab *Æſchrione* Samio inulta illa concivi ſuæ *Philænidi* calumnia depellatur. Meminit Philænidis inter meretrices *Cleomedes* lib. II. κυκλικῆς θεωρίας μεθεωρων pag. 4[illegible]7. ed. Baſil. *Tatianus* in Orat. ad Græcos §. 56. pag. 122. ἐχρῆν πᾶν τὸ τοιοῦτον εἶδος παραιτησαμένους τὸ κατὰ ἀλήθειαν σπουδαῖον ζητεῖν· καὶ μηδὲ Φιλαινίδος μηδὲ Ἐλεφαντίδος τῶν ἀῤῥήτων ἐπινοιῶν ἀντιποιουμένους τὴν ἡμετέραν πολιτείαν βδελύττεσθαι.

in interpretatione Proverbii Vaticana apud *Andr. Schottum* γελοποιός. Ἐπὶ τῇ τῶν σκολιῶν ποιήσει maxime celebratam dicit *Athenæus* [num. VIII.] atque in eo genere cum *Alcæo* eam jungit & *Anacreonte.* Παροίνια eidem tribuit *Scholiaſtes Ariſtophanis* [num. XI.] eaque à Scoliis diſtinguere videtur. Ex μέλεσιν ejus refertur *Zenobio* [num. VII.] Adonidem apud inferos interrogatum, quænam chariſſima reliquerit? reſpondiſſe ἥλιον καὶ σελήνην καὶ σικύους καὶ μῆλα, h. e. *ſolem & lunam & cucumeres atque poma*, indeque natum proverbium *Zenobius* ait ἠλιθιώτερος τῆς Πραξίλλης Ἀδώνιδος, quod apud *Suidam* etiam habemus. Male autem illud explicatum *Apoſtolio* [num. VII.] Stolidior Adonide *Praxillæ* filio. Nempe Adonis à *Praxilla* μέλει decantatus intelligitur, ſtoliditatis exemplum & ſtulti ſermonis, qui ſcilicet res maximas minimasque conjungat, cucumeres & poma cum ſole & luna. Ex Dithyrambis ejus & ᾠδαῖς fuit, quæ inſcripta eſt Achilles, ex quo carmine fragmentum Hephæſtioni ſervatum apud *Urſinum* [vid. num. II.] invenitur. Ex Scholiis *Praxillæ* fragmentum de Admeto ab *Euſtathio* ad Ιλ. β'. pag. 247, 20. ſervatum exhibet *Fulvius Urſinus* pag. 53. niſi tamen illud *Alcaei* potius ſit vel *Sapphus*; iis enim a quibusdam tribui ait *Pauſanias* in Lexico apud eundem *Euſtathium.* Ex Scholiorum aliquo etiam eſſe videtur, quod *Pauſanias* in Laconicis [num. V.] & vetus ad *Theocritum* Grammaticus [num. VI.] habent de Carneo, Europæ filio, ab Apolline & Latona educato. Neque à Scholiorum indole aliena ſunt, quæ de Chryſippo à Jove rapto ex *Praxilla* refert *Athenaeus.* [num. IV.] Carmen ejus ad Calain puerum de amoris mutatione, quod *Gyraldus* dial. III. de Poëtarum hiſtoria Tom. II. Opp. p. 168. E. exſtare dicit, eumque, ut credere par eſt, ſecuti *Tiraquellus* in Leg. Connub. XI. Gloſſ. 1. Part. XI. Tom. II. Opp. pag. 191. a. *Laur. Craſſus* de Poëtis Græcis italice editis pag. 432.. *Gerh. Jo. Voſſius* de Poëtis Græcis cap. 5. in fine, & *Ludov. Morerius* in Lexico hiſtorico v. *Praxilla*

(78) *Jo. Paſchius* in Gynæceo docto pag. 21. *Superſunt verſus Praxillæ ad Calaim miſſi apud Euſebium in Chronicis.* Addatur *Athenæus* lib. XIII. in quem errorem forte incidit Vir doctus, quia *Morerii* Lexicon hiſtoricum negligenter inſpexit.

(79) Commemoranda hoc loco eſt SALPE Leſbia, de qua *Athenæus* lib. VII. pag. 321. ſq. Ἐςι ποικίλῳ

xilla, (78) non minus mihi ignotum eſt, quam *Fulvio Urſino* fuit & Clar. *Fabricio* l. c. Ceterum mentio *Praxillae* eſt in *Antipatri* Epigrammate *Anthol.* lib. I. cap. 67. num. 8. inter illuſtres Poëtrias. Statuam vero ejus, teſte *Tatiano*, [num. IX.] *Lyſippus* fecit, μηδὲν εἰπούσης διὰ τῶν ποιημάτων χρήσιμον, nihil licet carmine præſtiterit, quod uſui eſſe poſſit, judice eodem; quod Patris Chriſtiani judicium ad materiam carminum ejus ſpectat, quibus fabulas ſcilicet, quales inter gentiles ferebantur, decantavit.

LXIV.

SABBA vel SAMBETHE Sibylla, Graecis quidem commemorata paſſim, in hunc tamen cenſum Graecarum Poëtriarum venire non debet, cum Hebraeam alii, alii Babyloniam, alii Ægyptiam eſſe agnoſcant. De *Samonothe* quoque jam actum eſt ſupra, ubi de *Phytone* & *Artemi.* (79)

LXV.

Ad SAPPHONEM igitur tandem pervenimus, quae principem facile inter Poëtrias Graecas locum tenet. Admirabilis femina, ut vocatur *Straboni* Geogr. lib. *XIII.* pag. 617. & qui eum ob oculos habuiſſe videtur, *Euſtathio* in Commentario ad *Dionyſii* Perieg. v. 536. cui quae comparari vel parte aliqua in Poëtica facultate poſſit femina, omni hominum memoria nulla reperiatur. De ea dicendi ſuperſedere forſan poteramus labore, poſtquam ex inſtituto de ipſa egerunt *Anna Daceria* & *Longapetraeus* in vita *Sapphus* gallice fragmentis ejus praefixa, & *Pet. Baelius* in Lexico Critico Tom. III. pag. 2661, ſq. ut Clariſſimum *Fabricium* in Bibliotheca Graeca lib. II. cap. 15. num. 55. taceam. Potiora igitur tamen & ea, in quibus aliquis noſtris obſervationibus locus eſſe poſſit, perſtringemus. Lesbi itaque inſulae orta eſſe urbe Ereſa, diſerte ex veteribus auctoribus traditur *Suidae* in Σαπφὼ, idque confirmat inſcriptio hermae *Sapphûs*, quem inter duas nummi à *Fulvio Urſino* Poëmatum IX. femin. illuſtr.

κίλος ὁ ἰχθὺς, ὅθεν καὶ τὸν Λοκρὸν ἢ Κολοφώνιον Μνασέαν συλλεξάμενον τὰ ἐπιγραφόμενα Παίγνια, διὰ τὸ ποικίλον τῆς συναγωγῆς, Σάλπην οἱ συνήθεις προσηγόρευον. Νυμφόδωρος δὲ ὁ Συρακούσιος ἐν τῷ τῆς Ἀσίας περίπλῳ Λεσβίαν φησὶ γενέσθαι Σάλπην τὴν τὰ παίγνια συνθεῖσαν. Ἄλκιμος δ' ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐν Μεσσήνῃ φησὶ τῇ κατὰ τὴν νῆσον Βότρυν γενέσθαι εὑρετὴν τῶν ἐξαπλασίων παιγνίων τοῖς προσαγορευομένοις σάλπης. De hoc ludicri poëmatis genere vid. *Jo. Brodæum* in notis ad *Anthol.* lib. VI. cap. 12. epigr. 2. pag. 562. ed. *Wech.*

illuſtr. pag. 2. editi areas exhibuit *Bellorius* ex ſchedis *Pyrrhi Ligorii*; unde celebriorem illam *Sapphonem* Poëtriam Ereſiam faciunt etiam recentiores quidam & in iis *Gronovius* Tom. II. Theſauri Antiq. Graec. fol. 35. Error autem eſt *Ger. Jo. Voſſii* de Poët. Gr. cap. 3. qui ex Ereſia Eretriam fecit, quem ſecuti *Hofmannus* in Lexico v. *Sappho*, & *Lloydius* in Lexico Car. Stephani. Mitylenaeam tamen facit *Herodotus* lib. II. in *Euterpe* cap. 135. pag. 140. ed. Gron. qui diſerte fratrem ejus *Charaxum* Mitylenæum dicit, alterum fratrem ejus *Larichum* etiam in Prytaneo apud Mitylenaeos οἰνοχοοῦντα nobis ſiſtit *Athenaeus* lib. X. pag. 424. Firmant rem eandem *Moſchus* in Bionis epitaphio Idyll. III. v. 92. *Tullius Laurea* in epigrammate *Anthol.* lib. III. cap. 25. num. 64. in quo Μιτυληναία ἀοιδοπόλος vocatur, *Démocharis* item, qui epigrammate in imaginem *Sapphus Anthol.* lib. IV. cap. 27. num. 19. Μιτυληναίαν Πιερίδα eam appellat. Hos omnes certum eſt loqui de Sapphone illa celebriore, Poëſi omnes ſui ſexus antecellente. Imo & *Ariſtotelem* Rhetoric. lib. II. cap. 23. iis addas licet, qui Chios *Homerum* in nummis ſuis ſignare dicit, (quem ſcilicet, licet civis eorum ex mente Ariſtotelis non ſit, hac ratione ſibi vindicent,) Mitylenaeos *Sapphonem*; *Strabonis* item Geogr. lib. XIII. pag. 617. qui diſerte inter illuſtriores Mitylenaeas *Sapphonem* refert, & *Pollucis* Onomaſt. lib. IX. cap 6. ſect. 84. qui ipſa illa *Ariſtotelis* verba exſcripſiſſe videtur; eoque ſpectat nummus Mitylenaeorum apud *Urſinum* l. c. cujus area altera caput feminae exhibet, quam *Sapphonem* non immerito dicunt Antiquarii. Ego certe poſteriorum auctoritatem quin praeferam, animum non inducere non poſſum, ſitque adeo Mitylenaea *Sappho* noſtra, Poëſi adeo celebrata. Sed extitiſſe tamen aliam Ereſa revera ortam, auctores non contemnendi tradunt, ex cujus cum noſtra confuſione ortum videri queat, ut pro *Ereſia* ea a nonnullis venditaretur. Meminit Ereſiae *Athenaeus* lib. XIII. pag. 596. E. eamque diſerte à Mitylenaea Poëtria diſtinguit, neque aliud quidquam ejus, quam Phaonis amores commemorat. At Phaonis amores Mitylenaeae, hoc eſt, famoſæ illi *Sapphoni* tribuunt veteres *Ovidius* in epiſtolis Heroidum num. XV. & *Palaephatus* incredib. cap, 49. Tribuit & *Suidas* Mityleneae, ſed ei celebrior illa *Sappho*

Ereſia

Ereſia eſt. *Ælianus* quoque Var. Hiſt. lib. XII. cap. 19. Mitylenaeam & Ereſiam diſtinguit, illiusque poëticam facultatem, hujus meretricias ſolum artes celebrat. Contraria tamen ratione *Suidas* in Σαπφὼ Ereſiae tribuit, quae vulgo Mitylenaeae celebriores auctores, *Scamandronymum* patrem, *Charaxum* fratrem, praecipuam carminum laudem & reliqua; Mitylenaeae contra meretricias impuritates & Phaonis amores, ſed carminum tamen etiam praeterea laudem jam ei diſerte negaverat *Ælianus*; quae omnia in eandem mulierem & convenire poſſunt, & ſecundum bonos auctores conveniunt. Hinc ſemper mihi viſum eſt, viros quosdam bonos, *Socratis* maxime & *Platonis* admiratores, cum viderent καλὴν paſſim & σοφὴν apud illos Philoſophos Poëtriam noſtram audire, varioque ornari laudum genere, indignum eſſe reputantes, feminam proſtitutae pudicitiae & monſtroſae libidinis à tantis Viris tantas conſequi laudes, ex controverſia de patria ejus occaſionem captaſſe duas fingendi, impudicam alteram & meretricem, alteram caſtam & Poëtriam. Quam conjecturam meam non obſcure firmat locus *Æliani* l. c. qui diſerte ait, eam quam *Plato* σοφὴν vocet & ποιήτριαν Σαπφὼ ab altera illa diverſam eſſe. Sed illa *Sapphoni* infamiae nota forte alia ratione abſtergi poſſit, qua de re paulo poſt videbimus. Interea ut de patria ejus abſolvamus, ſi vera ſit conjectura de una eademque *Sapphone* Ereſia Mitylenaeave, putem ego diſſenſum auctorum de ea cauſam habere hanc ipſam, ob quam de illuſtrium quoque virorum quorundam patria diſſentiunt, quod nata ſcilicet harum civitatum ſit altera, altera magnam vitae partem exegerit, forte civitatis quoque jure in ea honoris cauſa donata. Patrem ejus *Scamandronymum* juxta cum fratre *Charaxo Herodotus* l. c. memorat, & *Ælianus* l. c. Alios tamen *Simonis*, alios *Eunomini* vel *Eumeni*, alios *Erygii*, *Ecryti* alios, alios *Sami*, alios *Camonis*, alios *Etarchi* filiam eam ſtatuere, *Suidas* ait. Cujus tanti diſſenſus vix cauſa excogitari poteſt, eam tamen Vir Clariſſimus *Jac. Perizonius* in notis ad *Ælianum* l. c. putat, quod multae extiterint *Sapphus* nomine mulieres, quarum patres invicem confundentes antiqui eam ſententiarum pepererint diverſitatem. *Charaxi* fratris ejus meminit *Herodotus* l. c. qui eum magno aere *Rhodopen* redemiſſe ait, formae emendatiſſimae feminam, ſed quam

Dori-

Doricam potius fuiſſe dicit *Athenaeus* lib. XIII. pag. 556. eique infenſiſſimam ait *Sapphonem* noſtram, carminibus quoque indignationem teſtatam, quod maximarum ei fratri impenſarum cauſa eſſet. Eandem rem tangunt *Strabo* lib. XVII. pag. 808. & *Suidas* in Ῥοδώπης ἀνάθημα, qui ipſius *Charaxi* paſſim meminit in Σαπφὼ, Αἴσωπος, Ἰάδμων. Alium *Sapphus* fratrem *Larichum Athenæus* lib. X. pag. 424, ſq. memorat, in Prytaneo apud Mitylenæos vinum optimatibus miniſtrantem, *Larychum Suidas* in Σαπφὼ nominat, qui & tertium *Eurygium* addit. Idem matrem ejus *Cleïda* nominat, & maritum *Cercolam* Andrium, male enim Cercala apud Clar. *Bælium* in Lexico Critico v. *Sappho* dicitur, & filiam *Cleida.* De ætate *Sapphus* nihil addo, de ea enim affatim Viri docti, & ipſa *Sappho Alcæum* ſibi coævum agnoſcens, à reliquis tamen obſervatis addi poſſunt Clar. *Perizonio* ad *Æliani* Var. Hiſt. XII. 19. dicta. Poëmata *Sapphus* maximam partem amatoria, & converſatio cum puellis elegantioribus turpis ipſi ignominiæ notam jure injuriave inuſſerunt, de qua plura dicere verecundia vetat. Puellas, quas in ἑταίραις vel in μαθητρίαις ejus cenſent veteres, diligenter ex *Ovidio*, *Maximo Tyrio* & *Suida* recenſet Clar. *Fabricius*; iis addi tamen ev *Ovidio* Epiſt. Sapphonis ad Phaonem num. XV. Heroidum potuiſſet *Anactone*, ſed forte eandem illam cum *Anactoria* apud *Maximum Tyrium* Vir doctiſſimus credidit. Turpitudinem illam abſtergere illuſtri feminæ conata eſt ſexus feminei noſtra ætate ornamentum *Anna Daceria*, Tanaq. Fabri filia, in vita Sapphus fragmentis ejus præfixa, eaque ex parte inter veteres præeuntem habuit *Maximum Tyrium* diſſ. VIII. pag. 90. qui philoſophicum eum fuiſſe *Sapphonis* in puellas amorem contendit, & plane Socraticum. Equidem ſi ſuffragiorum multitudine *Sapphonis* cauſa agenda ſit, ſuccumbet haud dubie, valebitque *Longipetri* in vita Sapphonis fragmentis ejus præmiſſa *Daceriæ* oppoſita oratio;

(80) Conf. omnino vitam *Sapphus* fragmentis ejus præfixam Hamb. 1733. 4. Vir præſtantiſſimus *D'Orville* pro ſingulari ſua humanitate me certiorem fecit de numo æneo, in cujus *adverſa* parte: ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Miles galcatus cum haſta*; in averſa: ΛΕΣΒΙΩΝ ΣΑΠΦΩ. *Sappho ſedens.* Epigramma *Noſſidis* Poëtriæ in *Sapphonem* exſtat ſupra in ejus fragmentis num. III. pag. 84.

(81) De SIDONE Ponti filia teſtatur *Sanchoniathon* ſive *Philobyblius* apud *Euſebium* lib. I. Præparat. Evang.

tio; ſed multitudo teſtium veritatis ſemper argumentum haud eſt. Ipſa carmina animum impurum quod loqui ait juxta cum *Baelio* l. c. rigide rem examinanti dubium videri poſſit. Exprimant illa vividiſſimum in quasdam puellas affectum, at nihil in eis obſcœnitatis; nihil quod phantaſia poëtica elata femina imitandi illius affectus ſtudio, de formis præſtantioribus ſine crimine dicere non poſſit. Sed ſatis ea de re poſt magna ingenia. Scriptorum & fragmentorum ejus collectionem diligenter ſatis *Urſinus*, *Fabricius*, *Longapetraeus* dedere, quibus & inventa ejus muſica atque poëtica commemorantur, ut quæ addi mereantur, vix ſuccurrant, ab iis autem dicta repeti iſtius loci non patiuntur anguſtiæ. Alibi tamen rem omnem exponemus prolixius. (80)

LXVI.

SARBIS eadem eſſe fertur cum Alexandra, quæ & Caſſandra & Taraxandra, de qua dictum ſupra ſuo loco quantum ſatis putavimus. (81)

LXVII.

STESICHORI filiæ *Phalaridi* commemorantur in epiſtola ad *Paurolam*, [num. LXVII.] (82) in qua eas ſe audiviſſe ait Himeræ, ad lyram carmina canentes, tum à patre concinnata, tum propria induſtria elaborata. Atque ea quidem parentis carminibus æquiparanda non eſſe addit, aliorum tamen quorumvis anteferenda poëmatibus eſſe. Quam ob cauſam & parentem beatum eſſe judicat, cujus inſtitutione profecerant, & ipſas non minus, quæ majorem, quam ſexus ferre videretur, & profundiorem doctrinam eſſent conſecutæ. Equidem de fide illarum *Phalaridis* epiſtolarum magnas hac ætate controverſias motas eſſe, non ignoramus, quas noſtras nunc non facimus. Eas ſaltem, utcunque alias fides Auctoris laboret, non adeo fallaces eſſe in rebus hiſtoricis, inter viros eruditos in confeſſo eſt.

LXVIII.

Evang. cap. 10. pag. 38, 3. Ἀπὸ τοῦ Πόντου γίνεται Σιδών· (nonnullæ edd. habent Φυγών) ἡ καθ᾽ ὑπερβολὴν εὐφωνίας πρώτη ὕμνον ᾠδῆς εὗρε.

(82) Ἀφικόμενος εἰς Ἱμέραν, ἀναγκαίας ἕνεκα πραγματείας, ἤκουσα τῶν Στησιχόρου θυγατέρων ποιήματα λυριζουσῶν· ἃ μὲν αὐτοῦ Στησιχόρου γεγραφότος, ἃ δὲ τῶν παρθένων ἴδια· ἐν δὲ τοῖς μὲν Στησιχόρου τὰ τῶν θυγατέρων ἥττονα· τῶν δὲ ἄλλων ἅτινα κατὰ σύγκρισιν ἐξετασθείη, κατὰ πολὺ βελτίονα, ὥστε με τρισόλβιον ἡγήσασθαι τὸν διδάξαντα, τρισολβίας δὲ καὶ τὰς παρὰ φύσιν ἐπὶ τοσοῦτον βάθος παιδείας ἀχθείσας.

LXVIII.

TARAXANDRA eadem cum Alexandra eſt, quæ & *Caſſandra* alias appellatur, de qua ſuo loco dicta, non eſt, cur hic repetamus, vel amplius quid eis jam denuo addamus.

LXIX.

TELESILLA non ingenio tantum valuit, ſed conſiliis quoque & manu. Argos ei patria fuit, familia illuſtris, corpus infirmum. Cui medicinam quærens, oraculo adito, reſponſum tulit, Muſas ipſi medicam operam præſtituras. Quo accepto, ut ei obſequeretur, carmini & muſicæ operam navare cœpit, quo facto & valetudine rectius uti cœpit, & carmine inter feminas in admiratione eſſe, ut *Plutarcho* [num. VIII.] relatum. Ætas ejus, ut ex mox dicendis patebit, in *Cleomenis*, Athenienſium Regis, tempora incidit, atque adeo circa Olymp. CXXXIX.. Tanta autem vis carminis ejus apud Argivas feminas fuit, quemadmodum *Maximo Tyrio* [num. X.] proditum, ut virorum fortiſſimis, Lacedæmoniis, arma opponere auderent puellæ imbelles; ut nihil adeo gloria cedat vel *Tyrtaeo*, qui Spartiatarum, *Alcaeo*ve, qui Lesbiorum virtutem carmine excitavit, quin potius utrumque tam longo ſuperet intervallo, quam longo à feminei ſexus imbecillitate diſtat virile robur. Nempe jam in eo erat *Cleomenes*, Spartanorum Rex, ut magna Argivorum edita ſtrage, ipſi urbi opera admoveret, facile ſe potiturum ſperans tutela virorum, maximam partem occiſorum, nudatam urbem. Sed ecce à *Teleſilla* concitatæ, ipſa duce, arma arripuere feminæ, atque *Cleomenem* multos ſuorum deſiderantem fortiter repulere: alterum Regem *Demaratum*, qui, ut *Socrati* proditum, in urbem ſe jam penetraverat, & Pamphyliacum occupaverat, vi ejecerunt. Plura eam in rem legere eſt apud *Plutarchum* [num. VIII.] & *Pauſaniam* [num. VII.] atque ejus hic exſcriptorem *Suidam* [num. XI.] quibus & *Clemens Alexandr.* [num. XIII.] addendus. Mirum ea omnia prætermiſſa *Herodoto* eſſe in expeditionis illius Lacedæmoniorum in Argos hiſtoria, cum tamen oraculum recitet, quod ad rem ab Argivis feminis clare geſtam pertinere & videtur & eo à *Pauſania* refertur. Argumento rei veritatis aperto eſt feſtum Argivorum in novilunio

Iunio menſis quarti, qui Hermæus Argivis dictus, quo res patrata fuit. Ea enim die Hybriſtica ſacra agunt virilibus tunicis & lænis indutæ mulieres, viris contra vittis ac velis incedentibus, ut relatum *Plutarcho.* [num. VIII.] Hoc item quod nova nupta cum barba in amplexus viri venire ex lege debuerit, & quod Argis γυναικῶν Ἄρης habeatur juxta *Lucianum* [num. IX.] Sed & ſtatua *Teleſillæ* eo ſpectat in fronte templi Veneris apud Argivos columnæ inſiſtens, atque ad pedes carminum projecta volumina repræſentans, ipſa *Teleſilla* in galeam oculos defigente, quam capiti quaſi impoſitura tenebat, ut apud *Pauſaniam* (num VII.) eſt & *Suidam.* (num. XI.) Illa ſtatua neſcio an ſit *Nicandri* (leg. *Nicerati*) ſtatuarii, quem *Teleſillam* finxiſſe *Tatianus* (num. XII.) teſtatur. Quantum ad carmina ejus, ἄσματα ea vocat *Pauſanias* l. c. ᾠδὰς *Plutarchus* l. c. μέλη *Maximus Tyrius* (num. X.) In iis minutiores eam edidiſſe numeros quam *Alcmanem*, teſtatur Auctor *fragmenti* Cenſorino ſubjecti. (vid. num. XXI.) Ex iis omnibus unicus nobis verſus ſupereſt, quem ex *Hephaeſtione* (num. I.) retulit *Urſinus*, quamvis & alias non nimis raro citetur à veteribus, *Apollodoro,* (num. VI.) *Pauſania,* (num. IV. ſq.) *Athenaeo* (num. II. ſq.) quorum loca *Urſino* jam notata. Epiſtolam *Teleſillae* ad Laidem meretricem finxit *Theophylactus Simocatta*, (num. XI.) at hanc illam longe recentiorem eſſe, Clar. *Fabricio* Biblioth. Gr. lib. II. cap. 15. num. 58. pag. 598. obſervatum.

LXX.

De TELESINA non habeo, quæ addam ſupra in *Atthide* dictis.

LXXI.

THALARCHIDIS Argivae, quod ſciam, mentio nullibi exſtat, niſi apud *Tatianum* in orat. ad Græcos §. 52. pag. 114. qui ejus ab *Euthycrate* elaboratam ſtatuam memorat. Eum vero Olymp. CXX. floruiſſe, ex *Plinio* lib. XXXIV. cap. 8. ſegm. 19. diſcimus.

LXXII.

THARGELIAM Mileſiam σοφὴν quidem vocant *Athenaeus* lib. XIII.

pag. 608. ſq. (83) & *Heſychius* in Θαργηλία (84) ejuſque veſtigiis inſtitiſſe *Aſpaſiam*, de qua ſupra diximus, *Plutarchus* in vita *Periclis* Tom. I. Opp. pag. 165. B. (85) auctor eſt. Jungit item eam cum *Aſpaſia* & *Diotima*, Philoſophis mulieribus, *Lucianus* in Eunucho Tom. I. Opp. pag. 843. (86) ut mirum ſit, in feminarum Philoſopharum hiſtoria ab eruditiſſimo *Menagio* eſſe præteritam. Sapientiæ ejus tribuit *Heſychius*, quod urbes & principes plures ſubegerit, qua in re formam quoque, qua plane fuit ſingulari, partes ſuas egiſſe colligas ex *Plutarcho* & eloquentiam, in qua χάρις juncta δεινότητι eſſet. Ea enim quam plurium urbium ſtudia Regi Perſarum eam conciliaſſe, devinctis omnibus, qui in amplexus ejus veniſſent, idem Auctor affirmat. At & ſibi ipſi regnum eis quæſivit virtutibus, ſi recte quidem ſe habet *Suidae* in Θαργηλία (87) textus, qui *Ageſagorae* eam filiam facit; Theſſalisque ait imperaſſe annis XXX, interemtam poſtremo ab Argivo quodam captivo ſuo. Sapientia ejus & pulchritudine commemorata additum *Heſychio*, διὸ καὶ πλείστην ἐγήματο τῶν διασημοτάτων, ubi legebat doctiſſimus *Palmerius* παλαιστὴν, ut ſenſus ſit, *formam ei & ſapientiam maritum conciliaſſe Luctatorem celeberrimum.* Egregiam vero fortunam feminae virtutibus & forma clariſſimae! Legendum ego cenſeo πλείστους, ut ſenſus ſit: *ſapientiam ei & pulchritudinem maritos comparaſſe quamplurimos*; auctoremque emendationis do *Athenaeum*, qui diſerte ex *Hippia* memorat, viris quatuordecim eam nupſiſſe. Verum ſatis de femina, quam Poëtriam fuiſſe non ſatis certo conſtet. Equidem in eo cenſu eam habuit *Politianus*, & poſt eum *Tiraquellus* in Leg. XI. Connub. Tom. *II.* Opp. pag. 192. a. non alio tamen, ut puto, fundamento,

(83) Ἐπὶ κάλλει διαβόητος γέγονε Θαργηλία ἡ Μιλησία, ἥτις καὶ τεσσαρεσκαίδεκα ἀνδράσιν ἐγαμήθη, οὖσα καὶ τὸ εἶδος πανὺ καλὴ καὶ σοφὴ, ὥς φησιν Ἱππίας ὁ σοφιστὴς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Συναγωγή.

(84) Θαργηλία· ἔστιν ἡ Θαργηλία Μιλησία μὲν τὸ γένος, εὐπρεπὴς δὲ τὴν ὄψιν, καὶ τἆλλα σοφή· ὥστε στρατηγεῖν πόλεις καὶ δυνάστας· διὸ καὶ πλείστην ἐγήματο τῶν διασημοτάτων.

(85) Φασὶ αὐτὴν (Ἀσπασίαν) Θαργηλίαν τινὰ τῶν παλαιῶν Ἰάδων ζηλώσασαν ἐπιθέσθαι τοῖς δυνατωτάτοις ἀνδράσι, καὶ γὰρ ἡ Θαργηλία, τό τ᾽ εἶδος εὐπρεπὴς γενομένη, καὶ χάριν ἔχουσα μετὰ δεινότητος, πλείστοις μὲν Ἑλλήνων συνῴκησεν ἀνδράσιν, πάντας δὲ προσεποίησε βασιλεῖ τοὺς πλησιάσαντας αὐ-

to, quam quod σοφὴ dicatur, quod antiquiſſimis temporibus fuit Poëtarum elogium, & quod *Aſpaſiam* eam imitatam fuiſſe conſtet, quam in claris Poëtriis ſupra ſuo loco retulimus.

LXXIII.

THEANO genere Creſſa, Pythanactis filia, *Pythagorae* conjux fuit; ſapientia ejus exculta penitus, ita ut ſcholas quoque poſt ejus exceſſum habuerit. Hinc inter feminas Philoſophas, quarum hiſtoriam doctiſſimus *Menagius* perſecutus eſt, locum promeruit. Neque eſt, cur poſt eum de rebus ipſius prolixius commentemur; quae ad poëticam ejus facultatem pertinent, paucis abſolvemus. Solam ex mulieribus philoſophatam eſſe & ſcripſiſſe poëmata *Didymo* affirmari in libro de philoſophia Pythagorica apud *Clementem Alexandrinum* l. c. immerito taxat *Menagius.* Nam ut Clariſſ. *Fabricius* Biblioth. Graec. lib. *II.* cap. 13. §. 2. pag. 528. jam obſervavit, non ſolam ſed primam philoſophatam, poëmata inde ſcripſiſſe nec ſolam nec primam affirmat. Eidem ποίημά τι δι' ἐπῶν tribuit *Suidas*, de epiſtolis enim ejus & reliquis ſcriptis nihil huc pertinentibus nunc taceo. Aliam *Theano* Locridem, Lyricam Poëtriam, idem memorat *Suidas*, itemque *Euſtathius*, ejusque ᾄσματα λυρικὰ καὶ μέλη exſtare *Suidas* teſtatur. De aliis nominis ejusdem feminis doctiſſimo *Jonſio* noſtro obſervata videri poſſunt, in praeclaro de ſcriptoribus Hiſtoriae philoſophicae opere. (88)

LXXIV.

THEMIDIS quoque nomine illuſtres feminae plures memorantur. Utque de ea nil dicam, quae in Deorum numerum relata, πρέσβειρα Θεῶν audit

αὐτῇ, καὶ ταῖς πόλεσι μεσιτεῦ δι' ἐκείνων ὑπέστησεν ἀρχὰς δυνατωτάτων ὄντων καὶ μεγίστων.

(86) Παρήγοντο Ἀσπασία, καὶ Διότιμα καὶ Θαργηλία, συνηγορήσουσαι αὐτῷ.

(87) Θαργηλία. Ἀγησαγόρου θυγάτηρ, βασιλεύσασα Θεσσαλῶν λ' ἔτη, Μιλησία τὸ γένος, ἀναιρεθεῖσα δὲ ὑπό τινος Ἀργείου, δεθέντος ὑπ' αὐτῆς.

(88) Plura de hac in Fragmentis mulierum Græcarum proferre animum induxi.

audit *Apollonio* Argonaut. *IV.* v. 800. οὐρανόπαις καὶ παλαιγενὴς *Æſchylo*, h. e. ut puto, Titanis, cui inter alia μαντείας, cum poëſi conjunctae, inventionem tribuit *Diodorus Siculus* lib. V. pag. 232. A. (89) eamque inter Titanidas diſerte refert. Eam male, ut puto, à *Themide* Titanide diſtinguit *Tiraquellus* in leg. *XI.* Connub. Tom. *II.* Opp. pag. 192. b. quam carmen hexametrum juxta nonnullos primam inveniſſe, legimus apud *Clementem Alexandr.* Strom. lib. *I.* cap. 16. pag. 309. (90) mirumque haec ad diverſam à priore *Themidem* referre *Tiraquellum*, cum tamen retuliſſet locum *Diodori*, qui de Titanide agit, ad priorem illam *Themidem*: ut non pateat, quo jure de *Themide* Titanide loquentem *Clementem* de alia accipere poſſit. Sed & Evandri mater, quam *Carmentam* vocant Latini, carminisque apud ſe faciunt auctorem, *Themis* eſt dicta, ut diſcimus ex *Plutarcho* in Quæſt. Rom. Tom. *II.* Opp. pag. 278. B. (91) Et quamvis antiquiorum in Italia gentium linguam, eamque, qua locuta *Carmenta* fuit, graecam fuiſſe non dubitem, vel non multum ab ea diſſidentem, imo & ipſam hanc feminam graecae originis eſſe ſciam; illa tamen ſive *Themis* ſive *Carmenta* in latinis Poëtriis jure comparebit, quod iis carminis auctor ab omnibus perhibeatur.

LXXV.

THEOSEBIAE nomen fœmininum eſt, quod praefixum legitur epigrammati in mortem *Ablabii* medici, quod eſt in *Anthologia* lib. *III.* cap. 15. epigr. 1. Unde inter Poëtrias ejus mulieris mentionem *Gyraldus* de hiſtoria Poëtar. dial. *III.* pag. 170. fecit, & *Tiraquellus* in Leg. Connub. XI. pag. 193. a. cujus alibi obviam eſſe mentionem haud memini.

LXXVI.

(89) Θέμιν μυθολογοῦσι μαντείας καὶ θυσίας καὶ θεσμοὺς τοὺς περὶ τῶν θεῶν πρώτην εἰσηγήσασθαι, καὶ τὰ περὶ τὴν εὐνομίαν καὶ εἰρήνην καταδεῖξαι· διὸ καὶ θεσμοφύλακας καὶ θεσμοθέτας ὀνομάζεσθαι τοὺς τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ὅσια καὶ τοὺς τῶν ἀνθρώπων νόμους διαφυλάττοντας· καὶ τὸν Ἀπόλλωνα, καθ᾽ ὃν δὴ χρόνον τοὺς χρησμοὺς διδόναι μέλλει, θεμιστεύειν λέγομεν, ἀπὸ τοῦ τὴν Θέμιν εὑρέτειαν γεγονέναι τῶν χρησμῶν.

(90) Φασὶ τὸ ἡρῷον τὸ ἑξάμετρον φανοθέαν, τὴν γυναῖκα Ἰκαρίου, οἱ δὲ, Θέμιν, μίαν τῶν Τιτανίδων, εὑρεῖν.

(91) Τὴν Καρμένταν, ἣν μὲν Εὐάνδρου μητέρα λέγουσιν οὖσαν ἐλθεῖν εἰς Ἰταλίαν, ὀνομαζομένην Θέμιν,

LXXVI.

Agmen claudat **XENOCLEA**, Delphici Dei ὑποφῆτις, quam ipſam Poëtriam fuiſſe dubium non eſt, cum extet verſus ejus, quem extempore fudit, Hercule Amphitruonis filio tripodem prae indignatione aſportante, quod ipſi tanquam Iphiti caede polluto, oraculi reſponſum negatum eſſet. Vide rem omnem exponentem *Pauſaniam* in Phocicis lib. X. cap. 14. pag. 830. (92)

μιν, ὡς δ' ἔνιοι, Νικοστράτην. Plura de *Themide* Titanide vid. in Celeb. *Fabricii* Biblioth. Græca lib. I. cap. 35. §. 7. pag. 241. ſq.

(92) Λέγεται ὑπὸ Δελφῶν Ἡρακλεῖ τῷ Ἀμφιτρύωνος ἐλθόντι ἐπὶ τὸ χρηστήριον, τὴν πρόμαντιν Ξενόκλειαν οὐκ ἐθελῆσαι οἱ χρᾶν διὰ τοῦ Ἰφίτου τὸν φόνον· τὸν δὲ ἀράμενον τὸν τρίποδα ἐκ τοῦ ναοῦ φέρειν ἔξω· εἰπεῖν τε δὴ τὴν πρόμαντιν·

Ἄλλος ἄρ' Ἡρακλέης Τιρύνθιος, οὐχὶ Κανωβεύς.

INDEX

INDEX I. AUCTORUM VETERUM,

Apud quos Fragmenta & Elogia Poetriarum Græcarum reperiuntur.

Numeri majores Fragmenta, minores vero Notas indicant.

A.

Ælianus Var. Hiſt. XIII. 25] *Cor.* XIV. pag. 50
Æſchrionis epigr. in *Philænidem* 77. p. 178
Anthologia Epigr. Græc. lib. I. cap. 33. epigr. 28] *Anyt.* I. p. 92
lib. I. cap. 38. epigr. 6] *Anyt.* II. p. 92
lib. I. cap. 67. epigr. 14] *Erin.* VI. p. 8
lib. II. cap. 10. epigr. 4] *Erin.* IV. p. 6.
lib. III. cap. 5. epigr. 37] *Anyt.* VII. p. 98
lib. III. cap. 5. epigr. 38] *Anyt.* IIX. p. 98
lib. III. cap. 5. epigr. 53] *Anyt.* IX. p. 100
lib. III. cap. VI. epigr. 16] *Neſſ.* I. p. 82
lib. III. cap. 10. epigr. 4. de *Philænide* 77 p. 178
lib. III. cap. 23. epigr. 26] *Anyt.* X. p. 100
lib. III: cap. 24. epigr. 8] *Erin.* VIII. p. 10
lib. III. cap. 24. epigr. 11] *Anyt.* XIII. p. 104
lib. III. cap. 24. epigr. 12] *Anyt.* XIV. p. 104
lib. III. cap. 25. epigr. 65] *Erin.* II. p. 4
lib. III. cap. 25. epigr. 66] *Erin.* III. p. 4
lib. III. cap. 25. epigr. 67] *Erin.* V. p. 6
lib. III. cap. 25. epigr. 69] *Erin.* I. p. 2
lib. III. cap. 32. epigr. 11] *Anyt.* XI. p. 102
lib. III. cap. 32. epigr. 12] *Anyt.* XII. p. 102
lib. IV. cap. 5. epigr. 6] *Neſſ.* II. p. 84
lib. IV. cap. 5. epigr. 7] *Erin.* IX. p. 10
lib. IV. cap. 12. epigr. 79] *Anyt.* III. p. 94
lib. IV. cap. 12. epigr. 82] *Anyt.* IV. p. 94
lib. IV. cap. 12. epigr. 103] *Anyt.* II. p. 92
lib. IV. cap. 12. epigr. 113] *Anyt.* VI. p. 96
lib. IV. cap. 26. epigr. 4] *Anyt.* V. p. 96
lib. V. epigr. 21] *Erin.* VII. p. 8
lib. V. epigr. 73] *Myr.* I. pag. 26
lib. VI. cap. 1. epigr. 3] *Myr.* III. p. 30
Anthologia inedita Agathii
Anytæ in delphinum XXI. p. 110
in donarium Echecratidæ XXII. p. 112
in hircum æneum XXV. p. 114
in lebetem XX. p. 110
in Proarchum pro patria occumbentem XXIV. p. 114
in tres virgines Mileſias à Galatis oppreſſas XXIII. p. 112
Dioſcoridis in Philænidem 77. p. 179
Erinnæ in Baucidis Mityl. tumulum XV. p. 20
in Baucidem in lecto geniali mortuam XVI. p. 22
Myrus in donaria Veneris X. p. 34
Neſſidis in amorem VIII. p. 88
ad Dianam IX. p. 88
ad Junonem IV. p. 84
in Locrenſes V. p. 86
in Sabæthidis imaginem X. p. 90
in Samythae reticulum VII. p. 88
in Sapphonem III. p. 84
in ſtatuam Melinnae VI. p. 86
in Veneris imaginem XII. p. 90
in Veneris ſtatuam auream XI. p. 90
Anthologia inedita Uffenbachiana num. 57. *Meleagri* in Andragathum 23. p. 20. b
num. 94. ἄδηλον in aerumnas vetiti amoris 6. p. 35. a
num. 189. ἄδηλον in Damim. 9. p. 105. a
num 415. ἄδηλον in Menii haſtam 9. p. 105. a
num. 556. *Dioſcoridis* in Anacreontem 3. p. 102. a
num. 557. *Meleagri* in Anacreontem 5. p. 31
num. 569. *Antipatri* in Prexonem mulierem 23. p. 21. a

num. 633. in Theodoſium Imp. 12. pag. 18. a
Antipatri epigr. in Erinnam, *Erin.* I. p. 2
epigr. ined. in Prexonem mulierem 23. p. 21. a
Antiphanis epigr. in Grammaticos. *Erin. IV.* p. 4
Antoninus Liberalis vid. *Liberalis.*
Anytæ epigr. in Amyntorem VII. p. 98
in Antibiam virginem X. p. 100
in delphinum XXI. p. 110
in Echecratidae donarium XXII. p. 112
in Erato puellam XI. p. 102
in fontem V. p. 96
in gallum gallin. XIII. p. 104
in hircum I. p. 92
in hircum aeneum XXV. p. 114
in lebetem XX. p. 110
in locuſtam. XIV. p. 104
in Menedaei ſepulchrum IX. p. 100
in Mercurium VI. p. 96
in Panem IV. p. 94
in Panis ſimulacrum III. p. 94
in Philaenidem puellam XII. p. 102
in Proarchum pro patria occumbentem XXIV. p. 114
in Themiſtoclem VIII. p. 98
in Venerem II. p. 92
in Virgines 3. Mileſias à Galatis oppreſſas XXIII. p. 112
Apollodorus in Biblioth. III. 5. §. 6. *Teleſ. VI.* p. 64
lib. I. cap. 5. §. 1. de *Iambe* 41. p. 163
Apollonius Dyſcolus in Arte Grammatica MS. *ἐν τῷ*
περὶ τοῦ ἐγὼ καὶ ἔγωγε Cor. XXVIII. p. 56
περὶ τοῦ ἐμοῦς Cor. XXIX. p. 58
περὶ τοῦ σοῦ Cor. XXX. p. 58
περὶ τοῦ ἑοῦς Cor. XXXI. p. 58
περὶ τοῦ ἐμοὶ, σοὶ, οἱ Cor. XXXII. p. 58
περὶ πληθυντικῶν πρωτοτύπων Corin. XXXIII. p. 58
περὶ τοῦ ὑμέων Cor. XXXIV. p. 58
περὶ τοῦ Ὀς Cor. XXXV. p. 60
Apoſtolius (Mich.) Proverb. Cent. IX. num. 81. *Prax.* VII. p. 78
Cent. XVII. num. 86. de *Ariſtoclea* 7. p. 131
Artemidis Sibyllæ fragm. apud *Pauſaniam* 8. p. 137
Aſclepiadis epigr. in Erinnam, *Erin. III.* p. 4
Athenæus IV. pag. 174. F. *Cor. VI.* pag. 46
VII. p. 283. D. *Cor. V.* p. 46
VII. p. 297. B. de *Hedyla* 36. p. 161
VII. p. 321. ſq. de *Salpe* 79. p. 180
VIII. p. 335. B. D. E. de *Philænide* 77. p. 178
XI. p. 467. F. *Teleſ. II.* p. 62
XI. p. 490. E. *Myr. IV.* p. 30
XI. p. 491. A. *Myr. II.* p. 28
XIII. p. 600. F. de *Megaloſtrate* 45. p. 165
XIII. p. 603. A. *Prax. IV.* p. 76
XIII. p. 608. ſq. de *Thargelia* 83. p. 188
XIV. pag. 619. B. *Teleſ. III.* p. 62
XV. p. 694. A. *Prax. VIII.* p. 78
XV. p. 695. C. *Prax. III.* p. 76

B.

Boeonis fragm. apud Pauſaniam 16. p. 140

C.

Chriſtodori epigr. in Homerum Tragicum *Myr. I.* p. 26
Clemens Alex. Protrept. p. 40. Opp. de *Philænide* 73. p. 177
Strom. lib. I. cap. 16. p. 309. de *Phanothea* 57. p. 173
Strom. lib. I. cap. 16. p. 309. de *Themide* 90. p. 190
Strom. lib. I. cap. 21. p. 323. de *Phemonoë* 63. p. 175
Strom. IV. 19. p. 522. *Teleſ. XIII.* p. 70
Strom IV. 19. p. 523. de *Cleobulina* 21. p. 144
Strom. IV. 19. p. 523. de *Myia* 49. p. 166
Corinnæ Fragmenta IV. apud *Hephæſtionem Cor. I--IV.* p. 42--44
Fragm. apud *Athenæum Cor. V.* p. 46
alia *VIII.* in *Apolloni* Grammatica MS. *Cor.* XXVIII--XXXV. p. 56, ſqq.

D.

Diodorus Siculus lib. IV. p. 178. B. de *Daphne* 29. p. 150
lib. V. p. 232 A. de *Themide* 89. p. 190
Diogenes Laërtius I. ſegm. 89. de *Cleobuline* 20. p. 143

VIII

VIII. ſegm. 8 & 21. de *Ariſtoclea* 7. pag. 143
Diogenianus Proverb. Cent. V. num. 12. *Prax. VII.* p. 78
Dioſcoridis epigr. ined. in *Anacreontem* 3. p. 102
Epigr. ined. in *Philænidem* 77. p. 179

E.

Epigrammata ἄδηλα III. in Erinnam, *Erin. V.-VII.* p. 6 & 8
Epigramma *Æſchrionis* in Philænidem 77. p. 178
Antipatri in Erinnam, *Erin. I.* p. 2
Anytæ vid ſupra *Anyte.*
Aſclepiadis in Erinnam, *Erin. III.* p. 4
Chriſtodori in Homerum Tragicum *Myr. I.* p. 26
Dioſcoridis in Philænidem 77. p. 179
Erinnæ in Baucidis Mityl. mortem, *Erin.* XV. p. 20
in Baucidem in lecto geniali mortuam *Erin. XVI.* p. 22
in locuſtam *Erin. VIII.* p. 10
in virginis imaginem *Erin. IX.* p. 10
Leonidæ in Erinnam, *Erin. II.* p. 4
Myrus in nymphas hamadryades *Myr. III.* p. 30
in donaria Veneris, *Myr.* X. p. 34
Noſſidis vid. infra *Noſſis.*
Epigramma ineditum ἄδηλον in amoris vetiti ærumnas 6. p. 35. a
ἄδηλον in Theodoſii Imp. honorem 12. p. 18. a
in Damin 9. p. 105. a
in Menii haſtam 9. p. 105. a
Antipatri in Prexonis mulieris mortem 23. p. 21 a
Dioſcoridis in Anacreontem 3. p. 102. a
Meleagri in Andragathum 23 p. 20. b.
in Anacreontem 5. p. 31 a
Erinnæ epigr. in Baucidis Mityl. mortem, *Erin.* XV p. 20
in Baucidem in lecto geniali occumbentem, *Erin.* XVI. p. 22
in locuſtam *Erin. VIII.* p. 10
in virginis imaginem *Erin.* IX. p. 10
Ode in Fortitudinem vel Romam, *Erin.* XIV. p. 14
Euſebius Chronic. lib. poſt. ad an. DCL. de *Phemonoë* 60. pag. 174
ad Olymp. CVI. *Erin.* XX. p. 25
in Χρονικῶν λόγῳ πρώτῳ p. 63. emend. 13. p. 139
Præpar. Evang. lib. I. cap. 10. p. 38, 3. de *Sidone* 81. p. 184
X. 12. de *Phemonoë* 63. p. 175
Euſtathius ad Ἰλ. β'. pag. 201, 34. *Cor.* XXIII. p. 54
ad Ἰλ. β'. p. 247, 20. *Prax.* III. p. 76
ad Ἰλ. β'. p. 247, 25. *Erin.* XI. p. 12
ad Ἰλ. β'. p. 247, 34. *Erin.* VI. p. 8
ad Ἰλ. β'. p. 247, 35. de *Corinna* 26. p. 147
ad Ἰλ. β'. p 247, 37. *Myr.* III. p. 30
ad Ἰλ. β'. p. 266, 20. *Cor.* XXIV. p. 56
ad Ἰλ. κ'. p. 751, 13. *Cor.* XXV. p. 56
ad Ἰλ. υ'. p. 1283, 2. *Teleſ.* XVIII. p. 72
ad Ἰλ. ω'. p. 1484, 48. *Myr.* XI. p. 34
prooem. ad Odyſſ. p. 4, 21. de *Phantaſia* 57. p. 173
ad Od. κ'. p. 391, 21. *Cor.* XXVI. p. 56
ad Od. μ'. p. 475, 13. *Myr.* XII, p. 36.

F.

Fragmentum Cenſorino ſubjunctum cap. 9. *Tel.* XX. p. 74

G.

Gregorius Naz. Invect. I. in Julian. Tom. I. Opp. p. 100. de *Phemonoë* 61. p. 175

H.

Hephæſtion pag. 9, 8. *Cor. I.* p. 42
pag. 9, 10. *Prax. II.* p. 76
pag. 13, 15. *Teleſ. I.* p. 62
pag. 24, 13. *Prax. I.* p. 76
pag 36, 18. *Tel. I.* p. 62
pag. 36, 24. *Prax. XII.* p. 80
pag 60, 8. *Cor. II.* p. 42
pag. 60, 10. *Cor. III.* p. 44
pag. 60, 14. *Cor. IV.* p. 44
Herodotus VI. 66. de *Periilla* 54. p. 174
Heſychius in Βάκχου διώνης *Prax.* X. p. 80
in βελτιώτας *Tel.* XVI. p. 70

in ἐπὶ Χαριξένης de *Charixena* 19. pag. 143
in Θαργηλία, 84. p. 188
in τόνθων *Cor.* XXI. p. 54

I.

Iſidorus Hiſp. Orig. lib. VIII. cap. 8. de *Amalthea* 4. p. 128

L.

Laërtius, vid. *Diogenes Laërtius.*
Leonidis epigr. in Erinnam, *Erin. II.* p. 4
Liberalis (Antoninus) Metamorph. cap. 10. *Cor.* XIX. p. 54
cap. 25. *Cor.* XX. p. 54
